Digitized by Google

14
17-a
8

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
23
36

Digitized by Google

14. 1/A 8

Digitized by Google

Digitized

VNIVERSÆ PHILOSOPHIÆ COMPENDIVM

Auctore C. F. D'ABRA DE RACONIS, *almæ facultatis Theologicæ Pariſienſis Doctore Nauarrico, Concionatore, & Eleemooſynario Regis.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

PARISIIS.
Apud MATHVRINVM HENAVLT, via Clopinianâ, è regione paruæ Nauarræ.

M. DC. XXXIII.

Digitized by Google

BREVIS AD DIALECTICAM PRÆLVDIAQVE PHILOSOPHICA Introductio.

PRAEFATIO.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

AD arma miles, ad arma, vita enim noſtra militia eſt ſuper terram: arma ſume, nihil enim niſi bella, prælia ac ſæuientis pericula Martis cano, bella cano contra horendū iniuſtitiæ & ignorantiæ monſtrum, quod viciſſe glorioſum, oppreſſiſſe palmarium eſt: arma cano auro melioris æui nitentia, Syllogiſmos, enthymemata, inductiones, exempla; quibus hoſtem impietas, rectaſque reſpondendi leges quibus tanquam clypeis hoſtium impe-

Digitized by Google

PRÆLVDIA DE PHILOSOPHIA, ET DIALECTICA,

PRÆLVDIVM PRIMVM.

De Philoſophia in communi.

SECTIO I.

De nomine Philoſophiæ & varijs eius definitionibus.

PHILOSOPHIA (quæ à notione vocabuli eſt amor ſapientiæ) primum à Pythagora cœpit appellari, quæ prius ſapientia, ſeu alta, ſublimiſque rerum ſcientia di-

Digitized by Google

cebatur: recta ſane, & prudens nominis commentatio, quam enim arrogantiam, & ſuperbiam præ ſe ferebat ſapientiæ vocabulum, eandem Philoſophiæ nomen diminuere, ſimulque ſingularem ſapientiæ dignitatem teſtari videtur: vnde hæc noua Philoſophiæ appellatio late poſtea increbuit, fuitque communi omnium conſenſione approbata, & omnium approbatione, non ſolum in ſcholis Pythagoræorum, ſed etiam Platonicorum & Peripateticorũ vſitata: vnde illi qui prius arrogantiori nomine ſapiẽtes dicebantur, Philoſophi tantum, ſeu ſapientiæ & veritatis amatores modeſtiore vocabulo nuncupari cœperunt.

Variæ ſunt Philoſophiæ definitiones, ſeu deſcriptiones. Prima, Philoſophia eſt mortis meditatio, non quidem naturalis, quæ in ani-

mæ à corpore ſeparatione conſiſtit, quia in illa iniucunda, licet vtilli meditatione, mentem perpetuo non detinet Philoſophia: ſed mortis cuiuſdam myſticæ, & metaphoricæ quæ in eo ſita eſt, vt mens à prauis cupiditatibus abducatur, & vitiis expurgetur, illiſque (vt ita dicam) feliciter moriatur, quod præcipue ipſa intendit Philoſophia.

Aliter deſcribitur: rerum humanarum, & diuinarum ſcientia, quoniam rerum humanarum notitiam aſſecuta, ſpirat altius, & ad diuinas ſeu nullo vinculo cum materia, cõiunctas mente & cogitatione aſſequendas animoſior ſurgit.

Omnium optimè definitur, cognitio rerum vt ſunt, ſeu per cauſas, qualis eſt illa cognitio, quod homo ſit diſciplinarum capax, quia mente, & ratione præditus eſt

SECTIO SECVNDA.

De diuiſione Philoſophiæ.

VAriæ ſunt Philoſophiæ diuiſiones, ſed vna præ cæteris à Philoſophis commendatur, qua in ſpeculatiuam, & practicam diſtribuitur.

Speculatiua ea dicitur, quæ in ſola obiecti ſui cognitione conquieſcit, vt Phyſica quæ cælos, aſtra, aſtrorum que motus cognoſcit tantum, efficere verò nec vult, nec poteſt.

Econtrà verò practica dicitur quæ refert cognitionem obiecti ad opus & certa tradit agendi præcepta, vt moralis quę de virtute tractat, non tantum, vt ſciamus quid illa ſit, ſed vt ſcientes operemur, nec non & noſtra Dialectica quæ varia tradit ſciendi & cognoſcendi

Digitized by Google

præcepta, vt progreſſus teſtabitur. Nos de hac vnica Philoſophiæ parte deinceps ſumus acturi.

PRAELVDIVM SECVNDVM De Dialectica.

SECTIO PRIMA.

De eius nominibus.

NOmina huius diſciplinæ ſűt in duplici differentia: alia periphraſtica, quæ nobis potius dignitates Dialecticæ, & varia munera exprimunt quàm naturam, vt cùm ars artium, ſcientia ſcientiarum, & aliis prope modum infinitis honoris titulis inſignitur: alia propria, Logica ſcilicet & Dialectica.

Logica à græco vocabulo λόγος trahit originem, non vt ſermonem exteriorem, id eſt verbis aut ſcri-

ptis expreſſum ſignificat quia Dialecticæ ſcopus non eſt præſcribere, quomodo loqui, aut ſcribere debeamus: ſed vt interiorem illum ſcilicet quem interius in mente formamus& quo nobiſmetipſis tacite loquimur, ſignificat, quia pręcipuus Dialecticę finis eſt mentem in ſuis internis operationibus regere.

Dialecticę vero vocabulum à verbo Græco διαλέγεσθαι quod Latine redditur diſſerere, deriuatur, eo namque fine videtur inſtituta Dialectica, vt diſſerendi, hoc eſt definiendi, & argumentandi leges tradat, vt appertiùs infrà conſtabit.

Digitized by Google

SECTIO SECVNDA.

De natura Logicæ, ſeu quid ſit.

NOtandum in limine duplicem eſſe Dialecticam, alteram naturalem, alteram artificioſam.

Naturalis eſt ipſemet noſter intellectus, quatenus ſua vi, & ſine vllis præceptis definire, diuidere & argumētari poteſt, eaque in omnibus hominibus doctis & indoctis locum habet.

Artificioſa verò illa eſt quæ longo ſtudio, & pertinaci labore comparatur, multaſque præceptiones continet, quibus in ſuis operationibus mens noſtra dirigitur, & naturalis Dialectica multis erroribus obnoxia ab iiſdem feliciter protegitur.

De naturali Dialectica nihil hoc loco dicimus, ſed tantum de

artificioſa, cuius natura vt explicetur ſit

Prima propoſitio.

LOgica artificioſa eſt verus habitus intellectus probatur, habitus intellectus nihil aliud eſt quam facilitas quædam in ipſo reſidens, cuius beneficio munera ſua rite cō-modeque exequitur, ſicut habitus ſcribendi nihil eſt quam promptitudo & facilitas quædā in manu, ad litteras ritè recteque efformandas, Atqui Logica eſt huiuſmodi facilitas in intellectu, eius enim miniſterio prompte facilèque definit, diuidit, & argumētatur intellectus: ergo Logica eſt verus habitus intellectus.

Tertia propoſitio.

LOgica eſt ſcientia verè & propriè dicta: probatur, ſcientia

propriè dicta nihil aliud eſt, quàm certa rei cognitio per cauſam, ex communi Philoſophorum lege, ſed Logica eſt omninò eiuſmodi, cognoſcit enim certo diuiſionem tollere confuſionem, per hãc cauſam, quod totũ in ſuas partes diſtribuat: igitur Logica eſt ſciẽtia vere & proprie dicta.

SECTIO TERTIA, Et poſtrema.

De obiecto & fine Logicæ.

QVod attinet ad obiectũ, notandum eſt illud duplex cõſtitui, materiale, & formale.

Materiale eſt id quod in ipſa ſcientia pertractatur, vt corpus materiale in Phyſica.

Formale verò eſt ratio ſeu modus, ſecundum quem obiectum materiale conſiderari debet, vt in

Digitized by Google

eadem Phyſica corpus naturale, quatenus naturale eſt. Hoc poſito ſtatuendum eſt operationes intellectus quatenus ad veritatis inueſtigationem dirigi poſſunt, eſſe legitimum Dialecticæ obiectum, cùm huc omnia ſua opera referat Dialectica, vt mentis actiones probe dirigantur, & numquam à veritate deflectant.

Illæ autem actiones intellectus ternario numero continentur. Prima eſt ſimplex rei intuitus & apprehenſio, qua rem abſque affirmatione vel negatione percipimus, vt cùm dico. Ecce Petrus: video Petrum:

Secunda eſt iudicium, affirmationem, & negationem continens, vt cum dico, Petrus eſt homo, Petrus non eſt lapis.

Tertia denique eſt diſcurſus ſeu ratiocinatio vnum ex alio inferens,

Digitized by Google

vt cum dico, Petrus eſt homo, ergo rationis particeps.

Quod ſpectat ad finem Logicæ, ille duplex communiter conſtituitur, proximus ſcilicet & remotus: proximus qui primo loco obtineri debet, vt cognitio operationũ intellectus, remotus, qui poſteriori tantum loco comparari intenditur, vt directio earumdem operationum intellectus, quoniam Logica prius noſſe debet operationes intellectus quam illas dirigere poſſit. Hæc de Præludiis.

TRACTATVS PRIMVS huius compendiariæ inſtitutionis.

De ſimplicibus Terminis.

SImplices termini dicũtur qui vnico conſtant vocabulo, ſiue

ſimplicis figurę, vt homo, lego; ſiue compoſita, vt reſpublica, prętervolans.

Compoſiti verò, qui alio nomine complexi dicuntur, illi ſunt qui pluribus vocabulis, iiſque perfectis integrantur, vt homo eſt animal, virtus eſt laudanda: ſolentque vocari propoſitiones: de his ſequenti Tractatu; de illis verò in pręſenti agendum eſt.

CAPVT PRIMVM.

De Termino vniuerſali.

SECTIO PRIMA.

De illo generatim.

TErminus vniuerſalis ſimplex (de quo hîc agitur) eſt ille qui rem aliquam ſimplicem multis cõmunem ſignificat, vt homo naturã

humanam ſingulis hominibus cõuenientem, multiplexque conſtituitur, præſertim quintuplex, in ſignificãdo, repræſentando, cauſando, eſſendo, & prædicando,

Vniuerſale in ſignificando eſt vox multa ſignificãs, vt vox taurus, quæ ſidus cæleſte, domeſticum animal, & montem ſignificat.

In repræſentando illud eſt, quod multa repræſentat, vt idæa domus in mente architecti exiſtens, quæ illi repræſentat ligna, lapides, aliaque omnia ad domum conſtituendam neceſſaria.

In cauſando, quod varios producit effectus, vt Deus.

In eſſendo. quod vnam multis eſſẽtiam tribuit, vt fictitia Platonis idæa, quæ inſtar ſigilli ad multorum eſſentiam concurrere fingebatur.

Denique in prædicando illud

Digitized by Google

eſt quod multis attribuitur vel de multis prædicatur (hæc enim duo idem ſunt) vt homo qui ſingulis hominibus attribuitur. Nos autem de ſolo hoc poſtremo Vniuerſali deinceps agemus·illudque ſic definiemus, vniuerſale eſt vnum quid aptum ineſſe multis, aut prædicari de multis vniuocè & diuiſim.

Dicitur vniuocè, id eſt, ſecundum nomen & naturam quomodo homo cõuenit Petro & Paulo, quia non tantùm vocetenus homines dicuntur, ſed veram hominis naturã participant.

Additur diuiſim, quia vt aliquid dicatur vniuerſale, non ſufficit quòd in multis tam ſecundum nomen, quàm naturam exiſtat, ſed prætereà requiritur vt in illa diuidatur & totuplex reddatur quotuplicia illa ſunt quibus communicatur ſicut de facto diuiditur homo

Digitized by Google

inſingulos homines adeò vt totu-
plex ſit quotuplices illi ſunt.

CAPVT SECVNDVM.

De Vniuerſalibus in particulari.

MEMBRVM PRIMVM.

De Genere.

GEnus philoſophice ſumptũ, hac verborum ſerie communiter definitur, genus eſt vniuerſala aptum prædicari de multis ſpecie differentibus, in quæſtione quid eſt, hoc eſt, qua rei eſſentia quæritur, quomodo animal dicitur genus, etenim vere prædicatur de multis ſpecie differentibus, nempe de homine & bruto, quoniam tam homo quàm brutum animalia ſunt, quod eſt animal de homine & bruto prædicari.

Digitized by Google

eſt quod multis attribuitur vel de multis prædicatur (hæc enim duo idem ſunt) vt homo qui ſingulis hominibus attribuitur. Nos autem de ſolo hoc poſtremo Vniuerſali deinceps agemus·illudque ſic definiemus, vniuerſale eſt vnum quid aptum ineſſe multis, aut prædicari de multis vniuocè & diuiſim.

Dicitur vniuocè, id eſt, ſecundum nomen & naturam quomodo homo cõuenit Petro & Paulo, quia non tantùm vocetenus homines dicuntur, ſed veram hominis naturã participant.

Additur diuiſim, quia vt aliquid dicatur vniuerſale, non ſufficit quòd in multi tam ſecundum nomen, quàm naturam exiſtat, ſed prætereà requiritur vt in illa diuidatur & totuplex reddatur quotuplicia illa ſunt quibus communicatur ſicut de facto diuiditur homo

Digitized by Google

inſingulos homines adeò vt totuplex ſit quotuplices illi ſunt.

CAPVT SECVNDVM.

De Vniuerſalibus in particulari.

MEMBRVM PRIMVM.

De Genere.

Genus philoſophice ſumptũ, hac verborum ſerie communiter definitur, genus eſt vniuerſala aptum prædicari de multis ſpecie differentibus, in quæſtione quid eſt, hoc eſt, qua rei eſſentia quæritur, quomodo animal dicitur genus, etenim vere prædicatur de multis ſpecie differentibus, nempe de homine & bruto, quoniam tam homo quàm brutum animalia ſunt, quod eſt animal de homine & bruto prædicari.

Digitized by Google

Dicuntur autem homo & brutum, & vno verbo ea omnia differre ſpecie quæ ad hucdiuidi poſſunt, & de aliis prædicari: nam reuera homo diuiditur in ſingulos homines, Petrum, Paulum, Socratem, & alios, & de illis prædicatur, vereque dicimus, Petrus eſt homo, Paulus eſt homo, Socrates eſt homo, & ſic de aliis. Idem de bruto tali ratione dicendum eſt.

Dicitur in quæſtione quid eſt, ſi enim quæras quid ſint homo & brutum, recte tibi reſpondebitur eſſe animalia.

MEMBRVM SECVNDVM.

De Specie.

SPecies vulgò deſcribitur: vniuerſale quod prędicatur de multis ſolo numero diſtinctis in

quæſtione qua quæritur quid res ſit, qua ratione homo ſtatuitur ſpecies, quia de multis ſolo numero diſtinctis, Socrate v. g. & platone prędicatur, & quidē cum quæritur quid ſint, ſi quis enim quærat quid ſint Socrates & plato, recte reſpondebitur eſſe homines.

MEMBRVM TERTIVM.

De Differentia.

DIfferentia ex eo dicta eſt, quod differre faciat, poniturque triplex, communis, propria, & maxime propria.

Communis vocatur illa, qua vnum ab alio per aliquod accidens commune ſecernitur, vt coruus à cygno per nigredinem, quæ accidens commune eſt.

propria dicitur illa qua vnum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ab alio per ſuam proprietatem diſcrepat, vt homo ab equo per ridendi dapacitatem.

Denique maxime propria differentia eſt, qua vnum ab alio eſſentialiter, ſeu per aliquid eſſẽtiale ſeparatur, vt homo per rationalitatẽ à rebus omnibus.

At que hæc differentia eſt de qua agimus hoc loco, quæque ſolet hac definitione explicari: differentia eſt vniuerſale quod prædicatur de ſpecie cuius eſt differentia, & iis quæ ſub ipſa continentur, in quale quid, vt rationale de homine, cuius eſt differentia, & ſingularibus omnibus hominibus. Petro. v. g. Paulo, & cæteris ſub ipſo contentis, quia non tantum homo in communi dicitur rationalis, ſed Petrus, Iacobus, cæterique homines ſingulares pari modo dicuntur rationales.

Additur in quale quid, hoc eſt,

cùm qualitas eſſentialis roipetitur, vt qualis ſit homo eſſentialiter, eſt rationalis.

MEMBRVM QVARTVM.

De Proprio.

PRoprium ſumitur primò, pro eo quod alicui ſoli ſpeciei conuenit, non tamen toti, & ſingulis eius inferioribus, vt homini eſſe philoſophum.

Secundo accipitur pro eo quod alicui toti ſpeciei non tamen ſoli congruit, vt homini duplici oculo conſtare, verùm hæc proprij acceptio valdè impropria eſt: cùm proprium ei tantum competere debeat, cuius dicitur proprium.

Tertiò, vſurpatur pro eo quod alicui ſoli, & toti ſpeciei conuenit, non tamen ſemper, & omni tem-

pore, vt homini caneſcere.

Quartò & aptiſſimè proprium vocatur, quod vni ſoli ſpeciei, toti & ſemper conuenit, vt homini poſſe ridere. De hoc poſtremo ſermo duntaxat inſtituendus eſt, illudque his ſequentibus verbis definiēdum eſt: Proprium eſt vniuerſale quod prædicatur de ſpecie, cuius proprium, & iis quæ ſub ipſa continentur in quale accidentarium & reciprocum. Exemplum eſto riſibile, quod in primis de homine in ſpecie & in communi prædicatur, quia vera eſt hæc propoſitio, homo eſt riſibilis, & eo mediante de ſingulis hominibus qui ſimiliter dicuntur riſibiles.

Deinde prædicatur in quale, quia quærēti qualis ſit homo, rectè reſpondebitur, eſt riſibilis.

Additur accidentarium, quoniam ipſum riſibile eſt tantum acciden-

cidens hominis, non autem aliquid eſſentiale in quo indifferẽtia ſeiungitur quæ prædicatur quidem in quale, ſed eſſentiale, vt diximus.

Denique adiicitur reciprocum, quia reuera riſibile cum homine reciprocatur· quidquid enim eſt homo, eſt riſibile, vice verſa; omne riſibile eſt homo, quod eſt reciprocari.

MEMBRVM QVINTVM ET POSTREMVM.

De Accidente communi.

VAriis modis definitur Accidẽs commune à Porphyrio: ſed placet illa definitio, qua dicitur vniuerſale quod prædicatur de multis, in quale accidentarium, & non reciprocum, vt eſſe albũ de cygno, homine, lapide, & cæteris: in quale,

quia ſi quæras qualis ſit cygnus (quod iudicium idem eſto de reliquis) optimè reſpondebitur eum eſſe album, accidentarium, quia eſt accidens, vt patet ex titulo: denique cun reciprocum, quoniam commuuo accidens non debet reciprocari nem eo de quo prædicatur: neque verum eſt dicere omnem parietem v. g. eſſe album, & econtrà, omne album, parietem, quod tandem ad reciprocationem exigitur.

CAPVT SECVNDVM.

De Termino Categorico, ſeu Categoria.

SECTIO PRIMA.

De quibuſdam vocibus ante Categoricum terminum explicandũ, homonymis, ſynonymis, analogis, & paronymis.

Digitized by Google

HOmonyma ſeu æquiuoca ab Ariſtotele definiuntur, ea quorum ſolum nomen commune eſt, natura verò diuerſa, vt canis reſpectu canis cæleſtis, terreſtris, & marini, his enim omnibus nomen canis tribuitur, tametſi diuerſam omnino canis naturam participant.

E contra ſynonyma ſeu vniuoca deſcribuntur, quorum nomen commune eſt, & natura quoque communis, vt homo reſpectu ſingulorum hominum, hi enim non nomine tantum, ſed, & natura homines ſunt.

Definiuntur analoga, quorum nomen commune eſt, natura autem aliquo pacto, non tamen omnino eadem, vt ſanum reſpectu animalis, vrinæ & deambulationis, nam his omnibus nomen ſani conceditur, & aliqua ratione ſanitatis naturam participant, non tamen eadẽ

Digitized by Google

ſimplicis figurę, vt homo, lego; ſiue compoſita, vt reſpublica, prętervolans.

Compoſiti verò, qui alio nomine complexi dicuntur, illi ſunt qui pluribus vocabulis, iiſque perfectis integrantur, vt homo eſt animal, virtus eſt laudanda: ſolentque vocari propoſitiones: de his ſequenti Tractatu; de illis verò in pręſenti agendum eſt.

CAPVT PRIMVM.

De Termino vniuerſali.

SECTIO PRIMA.

De illo generatim.

TErminus vniuerſalis ſimplex (de quo hîc agitur) eſt ille qui rem aliquam ſimplicem multis cõmunem ſignificat, vt homo naturã

humanam ſingulis hominibus cō-
uenientem, multiplexque conſti-
tuitur, præſertim quintuplex, in ſi-
gnificãdo, repræſentando, cauſan-
do, eſſendo, & prædicando,

Vniuerſale in ſignificando eſt
vox multa ſignificãs, vt vox taurus,
quæ ſidus cæleſte, domeſticum ani-
mal, & montem ſignificat.

In repræſentando illud eſt, quod
multa repræſentat, vt idæa domus
in mente architecti exiſtens, quæ
illi repræſentat ligna, lapides, alia-
que omnia ad domum conſtituen-
dam neceſſaria.

In cauſando, quod varios produ-
cit effectus, vt Deus.

In eſſendo. quod vnam multis
eſſētiam tribuit, vt fictitia Platonis
idæa, quæ inſtar ſigilli ad multo-
rum eſſentiam concurrere finge-
batur.

Denique in prædicando illud

eſt quod multis attribuitur vel de multis prædicatur (hæc enim duo idem ſunt) vt homo qui ſingulis hominibus attribuitur. Nos autem de ſolo hoc poſtremo Vniuerſali deinceps agemus·illudque ſic definiemus, vniuerſale eſt vnum quid aptum ineſſe multis, aut prædicari de multis vniuoce & diuiſim.

Dicitur vniuocè, id eſt, ſecundum nomen & naturam quomodo homo cõuenit Petro & Paulo, quia non tantùm vocetenus homines dicuntur, ſed veram hominis naturã participant.

Additur diuiſim, quia vt aliquid dicatur vniuerſale, non ſufficit quòd in multi t tam ſecundum nomen, quàm naturam exiſtat, ſed præterea requiritur vt in illa diuidatur & totuplex reddatur quotuplicia illa ſunt quibus communicatur ſicut de facto diuiditur homo

inſingulos homines adeò vt totu-
plex ſit quotuplices illi ſunt.

CAPVT SECVNDVM.

De Vniuerſalibus in particulari.

MEMBRVM PRIMVM.

De Genere.

GEnus philoſophice ſumptū, hac verborum ſerie communiter definitur, genus eſt vniuerſala aptum prædicari de multis ſpecie differentibus, in quæſtione quid eſt, hoc eſt, qua rei eſſentia quæritur, quomodo animal dicitur genus, etenim vere prædicatur de multis ſpecie differentibus, nempe de homine & bruto, quoniam tam homo quàm brutum animalia ſunt, quod eſt animal de homine & bruto prædicari.

Dicuntur autem homo & brutum, & vno verbo ea omnia differre ſpecie quæ ad huc diuidi poſſunt, & de aliis prædicari: nam reuera homo diuiditur in ſingulos homines, Petrum, Paulum, Socratem, & alios, & de illis prædicatur, vereque dicimus, Petrus eſt homo, Paulus eſt homo, Socrates eſt homo, & ſic de aliis. Idem de bruto tali ratione dicendum eſt.

Dicitur in quæſtione quid eſt, ſi enim quæras quid ſint homo & brutum, recte tibi reſpondebitur eſſe animalia.

MEMBRVM SECVNDVM.

De Specie.

SPecies vulgò deſcribitur: vniuerſale quod prędicatur de multis ſolo numero diſtinctis in

quæſtione qua quæritur quid res ſit, qua ratione homo ſtatuitur ſpecies, quia de multis ſolo numero diſtinctis, Socrate v. g. & platone prędicatur, & quidē cum quæritur quid ſint, ſi quis enim quærat quid ſint Socrates & plato, recte reſpondebitur eſſe homines.

MEMBRVM TERTIVM.

De Differentia.

DIfferentia ex eo dicta eſt, quod differre faciat, poniturque triplex, communis, propria, & maxime propria.

Communis vocatur illa, qua vnum ab alio per aliquod accidens commune ſecernitur, vt coruus à cygno per nigredinem, quæ accidens commune eſt.

propria dicitur illa qua vnum

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

ab alio per ſuam proprietatem diſcrepat, vt homo ab equo per ridendi dapacitatem.

Denique maxime propria differentia eſt, qua vnum ab alio eſſentialiter, ſeu per aliquid eſſẽtiale ſeparatur, vt homo per rationalitatẽ à rebus omnibus.

At que hæc differentia eſt de qua agimus hoc loco, quæque ſolet hac definitione explicari: differentia eſt vniuerſale quod prædicatur de ſpecie cuius eſt differentia, & iis quæ ſub ipſa continentur, in quale quid, vt rationale de homine, cuius eſt differentia, & ſingularibus omnibus hominibus. Petro. v. g. Paulo, & cæteris ſub ipſo contentis, quia non tantum homo in communi dicitur rationalis, ſed Petrus, Iacobus, cæterique homines ſingulares pari modo dicuntur rationales.

Additur in quale quid, hoc eſt,

Digitized by Google

cùm qualitas eſſentialis reſpecitur, vt qualis ſit homo eſſentialiter, eſt rationalis.

MEMBRVM QVARTVM.

De Proprio.

PRoprium ſumitur primò, pro eo quod alicui ſoli ſpeciei conuenit, non tamen toti, & ſingulis eius inferioribus, vt homini eſſe philoſophum.

Secundo accipitur pro eo quod alicui toti ſpeciei non tamen ſoli congruit, vt homini duplici oculo conſtare, verùm hæc proprij acceptio valdè im propria eſt: cùm proprium ei tantum competere debeat, cuius dicitur proprium.

Tertiò, vſurpatur pro eo quod alicui ſoli, & toti ſpeciei conuenit, non tamen ſemper, & omni tem-

Digitized by Google

pore, vt homini caneſcere.

Quartò & aptiſſimè proprium vocatur, quod vni ſoli ſpeciei, toti & ſemper conuenit, vt homini poſſe ridere. De hoc poſtremo ſermo duntaxat inſtituendus eſt, illudque his ſequentibus verbis definiēdum eſt: Proprium eſt vniuerſale quod prædicatur de ſpecie, cuius proprium, & iis quæ ſub ipſa continentur in quale accidentarium & reciprocum. Exemplum eſto riſibile, quod in primis de homine in ſpecie & in communi prædicatur, quia vera eſt hæc propoſitio, homo eſt riſibilis, & eo mediante de ſingulis hominibus qui ſimiliter dicuntur riſibiles.

Deinde prædicatur in quale, quia quærēti qualis ſit homo, rectè reſpondebitur, eſt riſibilis.

Additur accidentarium, quoniam ipſum riſibile eſt tantum acciden-

cidens hominis, non autem aliquid eſſentiale in quo indifferētia ſeiungitur quæ prædicaturquidemin quale,ſed eſſentiale,vt diximus.

Denique adiicitur reciprocum, quia reuera riſibile cum homine reciprocatur·quidquid enim eſt homo,eſt riſibile, vice verſa; omne riſibile eſt homo, quod eſt reciprocari.

MEMBRVM QVINTVM ET POSTREMVM.

De Accidente communi.

VAriis modis definitur Accidēs commune à Porphyrio : ſed placet illa definitio, qua dicitur vniuerſale quod prædicatur de multis, in quale accidentarium, & non reciprocum, vt eſſe albū de cygno, homine, lapide, & cæteris : in quale,

HOmonyma ſeu æquiuoca ab Ariſtotele definiuntur, ea quorum ſolum nomen commune eſt, natura verò diuerſa, vt canis reſpectu canis cæleſtis, terreſtris, & marini, his enim omnibus nomen canis tribuitur, tametſi diuerſam omnino canis naturam participant.

E contra ſynonyma ſeu vniuoca deſcribuntur, quorum nomen commune eſt, & natura quoque communis, vt homo reſpectu ſingulorum hominum, hi enim non nomine tantum, ſed, & natura homines ſunt.

Definiuntur analoga, quorum nomen commune eſt, natura autem aliquo pacto, non tamen omnino eadem, vt ſanum reſpectu animalis, vrinæ & deambulationis, nam his omnibus nomen ſani conceditur, & aliqua ratione ſanitatis naturam participant, non tamen eadē

Digitized by Google

planè, cùm alia ſit ratio ſanitatis in animali exiſtentis, vera nimirum, & propria, alia ſanitatis in deambulatione & vrina reſidentis, nam deambulatio dumtaxat ſana dicitur, quia efficit, vel conſeruat ſanitatem animalis, & vrina ſana, quia eſt eiuſdem ſanitatis ſignum.

Paronyma denique ſeu denominatiua quæ à Rhetoribus dicuntur coniugata, ſunt ea quorum vnum ex alio eruitur, vt ex fortitudine, fortis, ex iuſtitia iuſtus, & ſic de cæteris.

SECTIO SECVNDA,

De ipſo termino Categorico ſeu Categoria.

MEMBRVM PRIMVM.

De Categoria in communi.

CAtegoriæ vſus generatim duplex: alter in foro, alter in liceo

ſeu Philoſophorum ſcholis receptus: ſecundùm forenſem vſum, Categoria eam ſignificat accuſationem quæ apud iudices inſtituebatur.

Secundùm verò ſenſum Philoſophorum, Categoria nihil eſt aliud quàm ſeries generum, ſpecierum, & ſingularium ſub ſupremo genere, quo pacto nos omnia ſub ente tamquam ſub genere, & ſupremo capite conſtituimus, ſubſtantias videlicet & accidentia, de quibus ordine nobis agendum.

MEMBRVM SECVNDVM.

De Subſtantia.

SVbſtantia à ſubſtando & ſubſiſtendo dicta eſt, à ſubſtãdo quòd ſubſtet & ſubſternatur accidentibus, vt paries albedini: à ſubſiſtendo verò, quòd in ſe & non in alio ſit. Vnde communiter definitur

Digitized by Google

Subſtantia ens per ſe ſubſiſtẽs, id eſt, propria virtute in ſe conſiſtens, non aliena vi, & in alio, vt homo, paries, lignum, &c. ad diſtinctionem accidentis, quod aliena virtute & in alio exiſtit, vt albedo in pariete, doctrina in mente, & ſic de cæteris.

Diuiditur Subſtantia in primam, & ſecundam: prima eſt ſingularis, vt Petrus: ſecunda eſt vniuerſalis, vt homo.

MEMBRVM TERTIVM.

De Accidente.

ACcidentis natura naturæ Subſtantiæ oppoſita eſt, & propterea oppoſito modo definitur, ſcil. ens in alio exiſtens, ſeu alteri inhærens, vt Cygno inhæret albedo, Coruo nigredo, & ita de aliis.

Accidentis variæ ſunt ſpecies.

Digitized by Google

quantitas, relatio, qualitas, actio, paſſio, vbi, quando, ſitum eſſe, & habere, de quibus omnibus ſigillatim.

MEMBRVM QVARTVM.
De Quantitate.

QVantitas definitur accidens à quo res denominatur, & redditur quanta, & extenſa, eaque duplex, diſcreta, & continua.

Diſcreta dicitur ab Ariſtotele, cuius partes nullo communi vinculo copulantur, vt numerus v. g, denarius hominum, & oratio quæ multis vocabulis inter ſe diſcretis coaleſcit.

Econtrario verò quantitas continua vocatur illa, cuius partes communi termino connectuntur. Huius tres ſunt potiſſimæ ſpecies, linea, ſuperficies, & corpus.

Linea deſcribitur longitudo latitudinis expers.

Superficies, longitudo, & latitudo ſine profunditate.

Corpus denique ſimul longitudo, latitudo, & profunditas.

MEMBRVM QVINTVM.

De Relatione.

Relatio nihil eſt aliud quàm reſpectus vnius ad alterum, vt domini ad ſeruum, patris ad filium, præceptoris ad diſcipulum, & ſic de aliis.

Relatorum hæc eſt proprietas, vt vno cognito alterum innoteſcat, v.g. cognito patre innoteſcat & filius.

MEMBRVM SEXTVM.

De Qualitate.

Deſcribitur qualitas accidens à quo res denominatur qualis, vt ab albedine albus, à doctrina doct⁹, & ſic de cæteris.

Digitized by Google

Qualitas fœcunda eſt, ideoque in quatuor geminas ſpecies rite commodéque diſtribuitur, habitum & diſpoſitionem: naturalem facultatem, & imbecillitatem: patibilem qualitatem & paſſionem: formam & figuram.

Quod ſpectat ad habitũ, ipſe nihil eſt aliud quàm qualitas ſtudio & labore parta, in eoque à diſpoſitione diſtinguitur quòd firmius inhæreat ſubiecto: vt Dialectica in peritiſſimo & exercitatiſſimo dialectico: diſpoſitio verò ſit debilior, & longé minùs firmiter ſubiecto affixa: vt eadem dialectica in tyrone & iuniore dialectico.

Quod attinet ad facultatem naturalem, & imbecillitatem: facultas naturalis eſt qualitas quædam nobis à natura congenita, & in eo ab imbecillitate diſtincta quòd firmior ſit, altioréſque agat in ſubiecto radices,

vt viſus perſpicax & mens acutæ. Imbecillitas verò ſit eadem qualitas, ſed languidior & infirmior, vt obtuſus intellectus, & viſus prauo aliquo humore affectus. Quantùm eſt de patibili qualitate & paſſione, patibilis qualitas vel ea dicitur, quæ grauem infert paſſionem ſubiecto, vt calor; vel quæ firmiter ſuo adhæreſcit ſubiecto, vt albedo parieti, aut Cygno: paſſio vero illa eſt, quæ leuiter manet in ſubiecto, ab eoque facile dimoueri porteſt, vt rubor ex verecundia ortus.

Denique quod ſpectat ad formam, & figuram, illæ in eo diſtinguũtur, quod figura ſit modus quãtitatis ſpectata ſine corpore, & materia; forma verò ſit idem modus quantitatis, ſed in materia conſideratæ, v. g. ſi triangulum ſpectes quatenus reſultat ex terminatione trium linearum ad tres angulos

conficiendos, & in nullo corpore eſſe intelligatur, figura erit: ſi verò idem triangulum cōſideretur quatenus reſilit ex terminatione trium linearum in aliquo corpore, forma dicitur.

CAPVT SECVNDVM

De reliquis ſpeciebus Accidentis.

PRima eſt actio, quæ definitur actus agentis quatenus agens eſt, vt calefactio quatenus ab igne exit.

Secunda eſt paſſio, quæ ex aduerſo deſcribitur actus patiētis quatenus eſt patiens, vt eadē calefactio quatenus recipitur in ligno vel manu,

Tertia eſt (quando) quod quidē accidens naſcitur ex ipſa rei exiſtētia in tempore, quomodo aliquis heri fuiſſe, & cras futurus dicitur,

Quarta eſt, (vbi) quod quidem oritur ex præſentia alicuius rei in loco, vi cuius ita dicitur hîc eſſe vt alibi non ſit, nec naturaliter eſſe poſſit, vt eſſe in cathedra, in vrbe, & ſic de aliis.

Quinta eſt, ſitum eſſe, reſultans ex conſtitutione corporis in loco, vt ſtare, ſedere, & ſimilibus modis ſe habere.

Poſtrema eſt habitus, qui quidem naſcitur ex circũpoſitione veſtis ad rem veſtitam, vt eſſe togatum, eſſe palliatum, & id genus plurima. Hæc de Categoria.

TRACTATVS SECVNDVS,

De Propoſitione.

CAPVT PRIMVM.

De definitione & partibus Propoſitionis.

Digitized by Google

PRopoſitio, aliter Enuntiatio, ſecundum Ariſtotelem eſt oratio veri vel falſi ſignificatiua: veri, vt hæc, omnis equus eſt animal: falſi, vt omnis equus eſt lapis.

Partes propoſitionis dicuntur illæ ex quibus integratur propoſitio, vt ſunt in hac propoſitione (homo eſt animal) homo, eſt, &, animal.

Tres autem iſtæ voces ita ſe habent, vt prima dicatur ſubiectum, nimirum homo, quia animali ſubiicitur: Tertia, attributum ſeu prædicatum, vt animal, quia ſubiecto, nimirum homini, attribuitur, & de eo prædicatur.

Secunda denique copula nuncupatur, quia ſubiectum & attributum inter ſe coniungit & copulat.

Clarius, ſubiectum in propoſitione eſt illud quod præcedit verbum eſt; quod verò ſequitur, prædica-

planè, cùm alia ſit ratio ſanitatis in animali exiſtentis, vera nimirum, & propria, alia ſanitatis in deambulatione & vrina reſidentis, nam deambulatio dumtaxat ſana dicitur, quia efficit, vel conſeruat ſanitatem animalis, & vrina ſana, quia eſt eiuſdem ſanitatis ſignum.

Paronyma denique ſeu denominatiua quæ à Rhetoribus dicuntur coniugata, ſunt ea quorum vnum ex alio eruitur, vt ex fortitudine, fortis, ex iuſtitia iuſtus, & ſic de cæteris.

SECTIO SECVNDA,

De ipſo termino Categorico ſeu Categoria.

MEMBRVM PRIMVM.

De Categoria in communi.

CAtegoriæ vſus generatim duplex: alter in foro, alter in liceo

ſeu Philoſophorum ſcholis receptus: ſecundùm forenſem vſum, Categoria eam ſignificat accuſationem quæ apud iudices inſtituebatur.

Secundùm verò ſenſum Philoſophorum, Categoria nihil eſt aliud quàm ſeries generum, ſpecierum, & ſingularium ſub ſupremo genere, quo pacto nos omnia ſub ente tamquam ſub genere, & ſupremo capite conſtituimus, ſubſtantias videlicet & accidentia, de quibus ordine nobis agendum.

MEMBRVM SECVNDVM.

De Subſtantia.

SVbſtantia à ſubſtando & ſubſiſtendo dicta eſt, à ſubſtãdo quòd ſubſtet & ſubſternatur accidentibus, vt paries albedini: à ſubſiſtendo verò, quòd in ſe & non in alio ſit. Vnde communiter definitur

Digitized by Google

Subſtantia ens per ſe ſubſiſtẽs, id eſt, propria virtute in ſe conſiſtens, non aliena vi, & in alio, vt homo, paries, lignum, &c. ad diſtinctionem accidentis, quod aliena virtute & in alio exiſtit, vt albedo in pariete, doctrina in mente, & ſic de cæteris.

Diuiditur Subſtantia in primam, & ſecundam: prima eſt ſingularis, vt Petrus: ſecunda eſt vniuerſalis, vt homo.

MEMBRVM TERTIVM.

De Accidente.

ACcidentis natura naturæ Subſtantiæ oppoſita eſt, & proptèrea oppoſito modo definitur, ſcil. ens in alio exiſtens, ſeu alteri inhærens, vt Cygno inhæret albedo, Coruo nigredo, & ita de aliis.

Accidentis variæ ſunt ſpecies.

Digitized by Google

quantitas, relatio, qualitas, actio, paſſio, vbi, quando, ſitum eſſe, & habere, de quibus omnibus ſigillatim.

MEMBRVM QVARTVM.
De *Quantitate*.

QVantitas definitur accidens à quo res denominatur, & redditur quanta, & extenſa, eaque duplex, diſcreta, & continua.

Diſcreta dicitur ab Ariſtotele, cuius partes nullo communi vinculo copulantur, vt numerus v. g. denarius hominum, & oratio quæ multis vocabulis inter ſe diſcretis coaleſcit.

Econtrario verò quantitas continua vocatur illa, cuius partes communi termino connectuntur. Huius tres ſunt potiſſimæ ſpecies, linea, ſuperficies, & corpus.

Linea deſcribitur longitudo latitudinis expers.

Digitized by Google

Superficies, longitudo, & latitudo ſine profunditate.

Corpus denique ſimul longitudo, latitudo, & profunditas.

MEMBRVM QVINTVM.
De Relatione.

RElatio nihil eſt aliud quàm reſpectus vnius ad alterum, vt domini ad ſeruum, patris ad filium, præceptoris ad diſcipulum, & ſic de aliis.

Relatorum hæc eſt proprietas, vt vno cognito alterum innoteſcat, v.g. cognito patre innoteſcat & filius.

MEMBRVM SEXTVM.
De Qualitate.

DEſcribitur qualitas accidens à quo res denominatur qualis, vt ab albedine albus, à doctrina doct⁹, & ſic de cæteris.

Digitized by Google

Qualitas fœcunda eſt, ideoque in quatuor geminas ſpecies rite commodéque diſtribuitur, habitum & diſpoſitionem: naturalem facultatem, & imbecillitatem: patibilem qualitatem & paſſionem: formam & figuram.

Quod ſpectat ad habitũ, ipſe nihil eſt aliud quàm qualitas ſtudio & labore parta, in eoque à diſpoſitione diſtinguitur quòd firmius inhæreat ſubiecto: vt Dialectica in peritiſſimo & exercitatiſſimo dialectico: diſpoſitio verò ſit debilior, & longé minùs firmiter ſubiecto affixa: vt eadem dialectica in tyrone & iuniore dialectico.

Quod attinet ad facultatem naturalem, & imbecillitatem: facultas naturalis eſt qualitas quædam nobis à natura congenita, & in eo ab imbecillitate diſtincta quòd firmior ſit, altioréſque agat in ſubiecto radices,

Digitized by Google

vt viſus perſpicax & mens acuta. Imbecillitas verò ſit eadem qualitas, ſed languidior & infirmior, vt obtuſus intellectus, & viſus prauo aliquo humore affectus. Quantùm eſt de patibili qualitate & paſſione, patibilis qualitas vel ea dicitur, quæ grauem infert paſſionem ſubiecto, vt calor; vel quæ firmiter ſuo adhæreſcit ſubiecto, vt albedo parieti, aut Cygno: paſſio vero illa eſt, quæ leuiter manet in ſubiecto, ab eoque facile dimoueri poteſt, vt rubor ex verecundia ortus.

Denique quod ſpectat ad formam, & figuram, illæ in eo diſtinguũtur, quod figura ſit modus quãtitatis ſpectata ſine corpore, & materia; forma verò ſit idem modus quantitatis, ſed in materia conſideratæ, v. g. ſi triangulum ſpectes quatenus reſultat ex terminatione trium linearum ad tres angulos

conficiendos, & in nullo corpore eſſe intelligatur, figura erit: ſi verò idem triangulum cōſideretur quatenus reſilit ex terminatione trium linearum in aliquo corpore, forma dicitur.

CAPVT SECVNDVM

De reliquis ſpeciebus Accidentis.

PRima eſt actio, quæ definitur actus agentis quatenus agens eſt, vt calefactio quatenus ab igne exit.

Secunda eſt paſſio, quæ ex aduerſo deſcribitur actus patiētis quatenus eſt patiens, vt eadē calefactio quatenus recipitur in ligno vel manu,

Tertia eſt (quando) quod quidē accidens naſcitur ex ipſa rei exiſtētia in tempore, quomodo aliquis heri fuiſſe, & cras futurus dicitur,

Quarta eſt, (vbi) quod quidem oritur ex præſentia alicuius rei in loco, vi cuius ita dicitur hîc eſſe vt alibi non ſit, nec naturaliter eſſe poſſit, vt eſſe in cathedra, in vrbe, & ſic de aliis.

Quinta eſt, ſitum eſſe, reſultans ex conſtitutione corporis in loco, vt ſtare, ſedere, & ſimilibus modis ſe habere.

Poſtrema eſt habitus, qui quidem naſcitur ex circũpoſitione veſtis ad rem veſtitam, vt eſſe togatum, eſſe palliatum, & id genus plurima. Hæc de Categoria.

TRACTATVS SECVNDVS,

De Propoſitione.

CAPVT PRIMVM.

De definitione & partibus Propoſitionis.

Digitized by Google

PRopoſitio, aliter Enuntiatio, ſecundum Ariſtotelem eſt oratio veri vel falſi ſignificatiua: veri, vt hæc, omnis equus eſt animal: falſi, vt omnis equus eſt lapis.

Partes propoſitionis dicuntur illæ ex quibus integratur propoſitio, vt ſunt in hac propoſitione (homo eſt animal) homo, eſt, & animal.

Tres autem iſtæ voces ita ſe habent, vt prima dicatur ſubiectum, nimirum homo, quia animali ſubiicitur: Tertia, attributum ſeu prædicatum, vt animal, quia ſubiecto, nimirum homini, attribuitur, & de eo prædicatur.

Secunda denique copula nuncupatur, quia ſubiectum & attributum inter ſe coniungit & copulat.

Clarius, ſubiectum in propoſitione eſt illud quod præcedit verbum eſt; quod verò ſequitur, prædica-

rum vel attributum, verbum verò ipſum copula dicitur.

CAPVT SECVNDVM.

De varijs propoſitionis diuiſionibus.

PRima propoſitionis diuiſio traditur in complexam ſeu cõpoſitã, & incomplexam ſeu ſimplicem.

Complexa potius eſt duplex propoſitio, quàm vna, vt Petrus eſt homo, & riſibilis. incomplexa vero ea eſt, quæ ex puris dictionibus cõponitur, vt homo eſt animal.

Secunda diuiſio eſt propoſitionis ſimplicis in propoſitionem de ſecũdo adiacente, & propoſitionem de tertio adiacente.

Propoſitio de ſecundo adiacenre eſt illa in qua reperiuntur tantum ſubiectum & copula, quæ quidem copula vicem etiam prædicati ge-

Digitized by Google

rit vt Petrus ſtudet: ibi enim duæ tantùm ſunt voces, petrus, qui eſt ſubiectum, & ſtudet, quod eſt copula & fungitur tamen munere prædicati: idem enim eſt, Petrus ſtudet, ac Petrus eſt ſtudens.

Propoſitio verò de tertio adiacente ea dicitur in qua tres termini diſtinctè cernuntur, ſubiectum, attributum, & copula.

Tertia diuiſio eſt in propoſitionem vniuerſalem, vt, omnis homo eſt animal; & particularem, vt Petrus eſt homo.

Quarta eſt in propoſitionem definitam, vt omnis homo eſt viuens, & indefinitam, vt homo eſt philoſophus.

Quinta eſt in abſolutam, & modificatam, ſeu modalem.

Abſoluta eſt, quę non profert modum quo attributum conuenit ſubiecto, ſed illi ſimpliciter con-

uenire aſſerit : vt homo eſt animal.

Modificata verò quæ non ſolum dicit attributum conuenire ſubiecto, ſed præterea modum addit ſecundum quem illi conuenit, ſcilicet vel de neceſſario, vt neceſſe eſt hominem eſſe animal : vel de poſſibili, vt poſſibile eſt hominem eſſe philoſophum : vel de contingenti, vt contingens eſt hominem eſſe iuſtum : vel de impoſſibili, vt impoſſibile eſt hominem eſſe lapidem.

Cæterum ſi quæ inueniantur aliæ propoſitionum diuiſiones, illæ in generalibus commentariis nequaquam prætermittentur, ſicut nec propoſitionum oppoſitio, æquipollentia atque conuerſio, quæ nimia ſua difficultate iuniores Dialecticos in ipſo huius diſciplinæ ingreſſu terrere, illiſque crucem figere conſueuerunt.

Digitized by Google

TRACTATVS TERTIVS & poſtremus.

De Argumentatione.

CAPVT PRIMVM.

De Argumentationis definitione, & varijs eius ſpeciebus.

ARgumentatio propriè loquendo, eſt diſcurſus vnum ex alio inferens, vt ex eo quod Petrus ſit homo, eum eſſe rationis compotem.

¶ Varias in ſpecies diuiditur: prima & omnium nobiliſſima eſt Syllogiſmus, tribus conſtans propoſitionibus, vt:

Omnis philoſophus eſt in Republica admittendus,
Ariſtoteles eſt philoſophus,
Ergo Ariſtoles eſt in Republica admittendus.

Quarum propoſitionum prima

dicitur maior, ſecunda minor, tertia concluſio.

Secunda ſpecies eſt Enthymema quod duplici tantum propoſitione conſtat, prior autem antecedens, poſterior conſequentia nuncupatur, vt:

Ariſtoteles eſt Philoſophus,
Ergo in Republica admittendus.

Solet autem Enthymema vocari imperfectus Syllogiſmus, quia ad perfectum facile reuocari poteſt, vna addita propoſitione hoc pacto:

Omnis philoſophus eſt in Republica admittendus.
Ariſtoteles eſt philoſophus,
Ergo Ariſtoteles eſt in Republica admittendus

Tertia ſpecies eſt Inductio, quando à particularibus ad vniuerſale progredimur, & enumeratis omnibus ſingularibus de vniuerſali ferimus iudicium, vt hic homo ridet,

Digitized by Google

ille, & ille: & ſic de cęteris, ergo omnis homo ridet.

Quarta ſpecies eſt Exemplum, quando aliquid particulare per aliud oſtenditur ratione alicuius ſimilitudinis, quę inter vtrumque intercedit, vt Alexander bellica virtute ſibi Magni cognomen comparauit, ergo & Henricus quartus Gallorum rex, qui eadem bellica virtute ceteris pręfulſit, magni, imo maximi nomine donari debuit.

Vltima ſpecies vocatur Sorites, cùm multis interiectis aliquid à primo ad vltimum veluti gradiendo inferimus, vt, Quod non eſt, non eſt ſubſtantia, quod non eſt ſubſtantia, non eſt viuens, quod non eſt viuens, non eſt animal, quod non eſt animal, non eſt homo, quod non eſt homo, non eſt Petrus, ergo à primo ad vltimnm, quod non eſt, non eſt Petrus,

Cæterùm prætermiſſis aliis ſpeciebus, tota remanebit de Syllogiſmo diſputatio.

CAPVT PRIMVM.

De partibus & materia Syllogiſmi.

QVemadmodum lapides dicuntur materia domus, quiā lapidibus ipſa domus conſtruitur: ſic materia dicitur Syllogiſmi, ex qua conſtat componiturque Syllogiſmus.

Eiuſmodi autem materia perinde ac in aliis rebus, in ipſo Syllogiſmo duplex deprehenditur, vna proxima, & immediata, ex qua immediatè conficitur Syllogiſmus, nempe propoſitiones: altera remota & mediata, ſcilicet termini ſimplices, qui prius propoſitiones componere debent, quàm ipſam Syllogiſmi ſtructuram ingrediantur.

Sunt autem neceſſarii ad ſtructuram Syllogiſmi tres termini præter copulam, qui quidem bis in Syllogiſmo poſiti tres conſtituunt propoſitiones, proindéque integrum componunt Syllogiſmum, vt patet in hoc exemplo.

Omne animal eſt viuens.
Omnis homo eſt animal
Ergo omnis homo eſt viuens.

In quo Syllogiſmo tres tantum termini reperiuntur, anima, viuens, homo, particula enim, omnis, quæ ponitur ante ſubiecta propoſitionũ, non eſt nouus aliquis termin⁹, quod diligenter conſiderari debet.

Porro trium iſtorum terminorum primus, puta animal, vocatur medium, quia ſumitur ad probationem iſtius concluſionis, homo eſt viuens.

Secundus nimirũ viuens, maius extremum, quia in maiori propoſitione

connectitur cum medio ſcilicet animali. Tertius denique, nempe homo, minus extremum, quia in minori cum eodem medio, videlicet animali coniungitur.

Porro quia medium inuenire maximi momenti eſt ad cognitionem Syllogiſmi, hanc illius notam accipite. Mendium illud eſt quod tam in maiori, quàm in minori ponitur, numquam autem ingreditur concluſionem.

Alii enim duo termini maius extremum & minus extremum, non ſunt in vtraque propoſitione maiori & minori, ſed maius extremum in maiori, & minus in minori, & ambo concluſionem ingrediuntur, vt videre eſt in aſſignato ſuperius Syllogiſmo.

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM

De Syllogiſmorum figuris.

SECTIO PRIMA.

Vnde oriatur figuræ diuerſitas.

RESPONDEO oriri ex varia diſpoſitione medij; vnde cùm triplex ſit eiuſmodi diſpoſitio, triplex quoque erit conſtituenda figura.

Prima, quando medium ſubiectum eſt in maiori, & in minori prædicatum, vt,

Omne rationale eſt riſibile
Omnis homo eſt rationalis
Ergo omnis homo eſt riſibilis.

Rationale etenim quod eſt medium, ſubiicitur in maiori, & in minori prædicatur.

Secunda eſt, quando medium in vtraque præmiſſa, maiori ſcilicet & minori eſt prædicatum, vt,

Omnis fortitudo eſt virtus
Nulla timiditas eſt virtus
Ergo nulla timiditas eſt fortitudo.

Digitized by Google

Si quidem virtus quæ eſt medium, tam in maiori quàm in minori prædicatur.

Tertia denique figura locum habet cùm medium in maiori & minori ſubiicitur, vt:

Omnis virtus eſt amplectenda,
Omnis vitius eſt bona
Ergo aliquod bonũ eſt amplectendum.

Nam virtus quæ eſt medium, tam in maiori quàm in minori ſubiecti partes ſuſtinet.

SECTIO SECVNDA:

De modis primæ figuræ, eiuſque legibus.

IN prima figura quatuor ſunt modi præcipui ſeu directi, his quatuor artificioſis vocabulis ſignificati, Barbara, celarent, darii, ferio, qui quidem modi vt intelligantur, notandũ eſt, quatuor illa artificioſa vocabula tribus ſyllabis conſtare, quarum

quarum prima maiorẽ propoſitionem, ſecunda minorem, tertia conclusionem denotat.

Rurſus notandum in qualibet prædictorum vocabulorum ſyllaba aliquam ex his quatuor vocabulis a, e, i, o, reperiri, quarum prima deſignat propoſitionem affirmãtem, ſecunda vniuerſalem negãtem, tertia particularem affirmatiuã, quarta deniquè particularem negatiuã, vt hi duo verſus indicant.

Aſſerit a, negat e, verùm generaliter ambæ.

Aſſerit i, negat o, ſed particulariter ambo.

Hinc cùm in barbara tres ſyllabę cõtineant vocalem, a, rectè ſignificatur ſyllogiſmum in hoc modo debere tribus propoſitionibus vniuerſim affirmantibus conſtare, vt hic:

Bar *Omnis virtus eſt laudanda*

ba *Omnis iuſtitia eſt virtus*

Digitized by Google

ra *Ergo omnis iuſtitia eſt laudanda.*

Idem debet diligẽter obſeruari in aliis modis, quorum omnium exempla ſunt.

In celarent, *Nullum animal eſt lapis*
Omnis homo eſt animal
Ergo nullus homo eſt animal.

In darij. *Omnis homo eſt rationalis*
Petrus eſt homo
Ergo Petrus eſt rationalis.

In ferio, *Nullus equus eſt arbor*
Bucephalus eſt equus
Ergo Bucephalus non eſt arbor.

Duæ ſunt leges in his directis primę figurę modis ſeruãdæ, prima vt maior non ſit particularis.

Secunda, vt numquam minor ſit negans, quod ſatis indicãt quatuor artificioſa vocabula à nobis ſuperius tradita.

Præter hos quatuor directos primæ figuræ modos, alii quinque indirecti adiunguntur, quos his vocabulis intelligere poſſis.

Baralipton, Celantes Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum.

In quibus idem ac in aliis modis obſeruari debet, exempla ſũt in baralipton.

Omne rationale eſt animal
Omnis homo eſt rationalis
Ergo aliquod animal eſt homo.

Notandum hoc diſcrimen inter directos primæ figuræ modos, & indirectos, quod in directis maius extremum ſit attributum cõcluſionis; in indirectis vero ſit ſubiectum. In celantes.

Nullum vitium eſt laudandum
Omnis timiditas eſt vitium.
Ergo nulla laudanda eſt timiditas.

In dabitis, *Omnis equus eſt animal*
Bucephalus eſt equus.
Ergo aliquod animal eſt Bucephalus.

In fapeſmo. *Omne animal eſt viuens*
Nullus lapis eſt animal
Ergo aliquod viuens non eſt lapis.

Infriſeſom. *Aliquis iuſtus eſt Deo gratus.*
Nullus improbus eſt iuſtus,
Ergo aliquis Deo gratus non eſt improbus

SECTIO TERTIA.

De modis ſecundæ figuræ, & eius legibus.

SEcunda figura, vt dictum eſt, dicitur in qua mediũ tam in maiori quã in minori prædicatur, habetque quatuor modos quatuor vocabulis deſignatos, Cæſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco: quorum omnium exempla ſunt.

In Cæſare. *Nulla virtus eſt contemnenda.*
omnis intemperantia eſt contemnenda
Ergo nulla intemperantia eſt virtus.

In Cameſtres. *Omnis virtus eſt quærenda.*

Nullum vitium eſt quærendum

Ergo nullum vitium eſt virtus.

In feſtino. *Nullum peccatum eſt laudandum.*

Aliqua actio Cæſaris eſt laudanda,

Ergo *aliqua actio* Cæſaris *non eſt peccatum.*

In Baroco. *Omnis virtus meretur præmium.*

A*liqua actio Cæſaris non meretur præmium.*

Ergo aliqua actio Cæſaris non eſt virtus.

Tres ſũt huius figuræ leges: prima, ex puris affirmantibus nihil concluditur: ſecũda, ex maiori propoſitione particulari nihil cõcluditur: poſtrema, concluſio ſẽper debet eſſe negãs: quæ leges ex quatuor allatis vocabulis ſatis innoteſcunt.

Cæterùm prætermiſſis aliis ſpeciebus, tota remanebit de Syllogiſmo diſputatio.

CAPVT PRIMVM.

De partibus & materia Syllogiſmi.

QVemadmodum lapides dicuntur materia domus, quia lapidibus ipſa domus conſtruitur: ſic materia dicitur Syllogiſmi, ex qua conſtat componiturque Syllogiſmus.

Eiuſmodi autem materia perinde ac in aliis rebus, in ipſo Syllogiſmo duplex deprehenditur, vna proxima, & immediata, ex qua immediatè conficitur Syllogiſmus, nempe propoſitiones: altera remota & mediata, ſcilicet termini ſimplices, qui prius propoſitiones componere debent, quàm ipſam Syllogiſmi ſtructuram ingrediantur.

Digitized by Google

Sunt autem neceſſarii ad ſtructuram Syllogiſmi tres termini præter copulam, qui quidem bis in Syllogiſmo poſiti tres conſtituunt propoſitiones, proindéque integrum componunt Syllogiſmum, vt patet in hoc exemplo.

Omne animal eſt viuens.
Omnis homo eſt animal
Ergo omnis homo eſt viuens.

In quo Syllogiſmo tres tantum termini reperiuntur, anima, viuens, homo, particula enim, omnis, quæ ponitur ante ſubiecta propoſitionũ, non eſt nouus aliquis termin⁹, quod diligenter conſiderari debet.

Porro trium iſtorum terminorum primus, puta animal, vocatur medium, quia ſumitur ad probationem iſtius concluſionis, homo eſt viuens.

Secundus nimirũ viuens, maius extremum, quia in maiori propoſitione

connectitur cum medio ſcilicet animali. Tertius denique, nempe homo, minus extremum, quia in minori cum eodem medio, videlicet animali coniungitur.

Porro quia medium inuenire maximi momenti eſt ad cognitionem Syllogiſmi, hanc illius notam accipite. Mendium illud eſt quod tam in maiori, quàm in minori ponitur, numquam autem ingreditur concluſionem.

Alii enim duo termini maius extremum & minus extremum, non ſunt in vtraque propoſitione maiori & minori, ſed maius extremum in maiori, & minus in minori, & ambo concluſionem ingrediuntur, vt videre eſt in aſſignato ſuperius Syllogiſmo.

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM
De Syllogiſmorum figuris.
SECTIO PRIMA.
Vnde oriatur figuræ diuerſitas.

RESpondeo oriri ex varia diſpoſitione medij; vnde cùm triplex ſit eiuſmodi diſpoſitio, triplex quoque erit conſtituenda figura.

Prima, quando medium ſubiectum eſt in maiori, & in minori prædicatum, vt,

Omne rationale eſt riſibile
Omnis homo eſt rationalis
Ergo omnis homo eſt riſibilis.

Rationale etenim quod eſt medium, ſubiicitur in maiori, & in minori prædicatur.

Secunda eſt, quando medium in vtraque præmiſſa, maiori ſcilicet & minori eſt prædicatum, vt,

Omnis fortitudo eſt virtus
Nulla timiditas eſt virtus
Ergo nulla timiditas eſt fortitudo.

Digitized by Google

Si quidem virtus quæ eſt medium, tam in maiori quàm in minori prædicatur.

Tertia denique figura locum habet cùm medium in maiori & minori ſubiicitur, vt:

Omnis virtus eſt amplectenda,
Omnis vitius eſt bona
Ergo aliquod bonũ eſt amplectendum.

Nam virtus quæ eſt medium, tam in maiori quàm in minori ſubiecti partes ſuſtinet.

SECTIO SECVNDA.

De modis primæ figuræ, eiuſque legibus.

IN prima figura quatuor ſunt modi præcipui ſeu directi, his quatuor artificioſis vocabulis ſignificati, Barbara, celarent, darii, ferio, qui quidem modi vt intelligantur, notandũ eſt, quatuor illa artificioſa vocabula tribus ſyllabis conſtare, quarum

quarum prima maiorē propoſitionem, ſecunda minorem, tertia concluſionem denotat.

Rurſus notandum in qualibet prædictorum vocabulorum ſyllaba aliquam ex his quatuor vocabulis a, e, i, o, reperiri, quarum prima deſignat propoſitionem affirmãtem, ſecunda vniuerſalem negãtem, tertia particularem affirmatiuã, quarta deniquè particularem negatiuã, vt hi duo verſus indicant.

Aſſerit a, negat e, verùm generaliter ambæ.

Aſſerit i, negat o, ſed particulariter ambo.

Hinc cùm in barbara tres ſyllabę cõtineant vocalem, a, rectè ſignificatur ſyllogiſmum in hoc modo debere tribus propoſitionibus vniuerſim affirmantibus conſtare, vt hic:

Bar *Omnis virtus eſt laudanda*

ba *Omnis iuſtitia eſt virtus*

Digitized by Google

ra Ergo omnis iuſtitia eſt laudanda.

Idem debet diligēter obſeruari in aliis modis, quorum omnium exempla ſunt.

In celarent, *Nullum animal eſt lapis*
Omnis homo eſt animal
Ergo nullus homo eſt animal.

In darij. *Omnis homo eſt rationalis*
Petrus eſt homo
Ergo *Petrus eſt rationalis.*

In ferio, *Nullus equus eſt arbor*
Bucephalus eſt equus
Ergo Bucephalus non eſt arbor.

Duæ ſunt leges in his directis primę figurę modis ſeruādæ, prima vt maior non ſit particularis.

Secunda, vt numquam minor ſit negans, quod ſatis indicāt quatuor artificioſa vocabula à nobis ſuperius tradita.

Præter hos quatuor directos primæ figuræ modos, alii quinque indirecti adiunguntur, quos his vocabulis intelligere poſſis.

Digitized by Google

Baralipton, Celantes Dabitis, Fapeſmo, Friſeſomorum.

In quibus idem ac in aliis modis obſeruari debet, exempla ſũt in baralipton.

Omne rationale eſt animal
Omnis homo eſt rationalis
Ergo aliquod animal eſt homo.

Notandum hoc diſcrimen inter directos primæ figuræ modos, & indirectos, quod in directis maius extremum ſit attributum cõcluſionis; in indirectis vero ſit ſubiectum. In celantes.

Nullum vitium eſt laudandum
Omnis timiditas eſt vitium.
Ergo nulla laudanda eſt timiditas.

In dabitis, *Omnis equus eſt animal*
Bucephalus eſt equus.
Ergo aliquod animal eſt Bucephalus.

In fapeſmo. *Omne animal eſt viuens*
Nullus lapis eſt animal
Ergo aliquod viuens non eſt lapis.

Infriſeſom. *Aliquis iuſtus eſt Deo gratus.*

Nullus improbus eſt iuſtus,

Ergo aliquis Deo gratus non eſt improbus

SECTIO TERTIA.

De modis ſecundæ figuræ, & eius legibus.

SEcunda figura, vt dictum eſt, dicitur in qua mediū tam in maiori quā in minori prædicatur, habetque quatuor modos quatuor vocabulis deſignatos, Cæſare, Cameſtres, Feſtino, Baroco: quorum omnium exempla ſunt.

In Cæſare. *Nulla virtus eſt contemnenda.*

omnis intemperantia eſt contemnenda

Ergo nulla intemperantia eſt virtus.

In Cameſtres. *Omnis virtus eſt quærenda.*

Digitized by Google

Nullum vitium eſt quærendum
Ergo nullum vitium eſt virtus.

In feſtino. *Nullum peccatum eſt laudandum.*
Aliqua actio Cæſaris eſt laudanda,
Ergo *aliqua actio Cæſaris non eſt peccatum.*

In Baroco. *Omnis virtus meretur præmium.*
Aliqua *actio Cæſaris non meretur præmium.*
Ergo aliqua actio Cæſaris non eſt virtus.

Tres ſũt huius figuræ leges: prima, ex puris affirmantibus nihil concluditur: ſecũda, ex maiori propoſitione particulari nihil cõcluditur: poſtrema, concluſio ſẽper debet eſſe negãs: quæ leges ex quatuor allatis vocabulis ſatis innoteſcunt.

SECTIO QVARTA.

De modis tertiæ figuræ, & eius legibus.

TErtia figura, vt ſupra diximus, eſt illa in qua medium tam in maiori quàm in minori ſubiicitur, ſexque modos cõplectitur his vocabulis expreſſos, Darapti Felaptõ, Diſamis, Datiſi, Bocardo, Feriſon, quorum omnium hæc exempla ſunt.

In Darapti: *Omnis virtus eſt expetenda*
Omnis virtus eſt qualitas.
Ergo aliqua qualitas eſt expetenda.

In Felapton. *Nullum animal eſt arbor,*
Omne animal eſt viuens
Ergo aliquod viuens non eſt arbor

In Diſamis. *Aliquod animal eſt ſubſtãtia*
Omne animal eſt viuens
Ergo aliquod viuens eſt ſubſtantia.

Digitized by Google

In Datiſi. *Omnis homo eſt rationis capax*
Aliquis homo eſt iuſtus
Ergo aliquis iuſtus eſt rationis capax.

In Bocardo. *Aliquod animal nõeſt lapis*
Omne animal eſt viuens
Ergo aliquod viuens non eſt lapis,

In Feriſon. *Nullus auarus eſt pietate præditus, Aliquis auarus eſt diues*
Ergo aliquis diues non eſt pietatepræditus.

Duæ huius figurę ſunt leges, prima vt numquam minor ſit negãs, secũda vt numquam cõcluſio ſit vniuerſalis; quę pariter leges ex traditis ſupra artificioſis vocabulis ſatis patet.

SECTIO QVINTA.

De generalibus omnium figurarũ legibus

PRima eſt vt in nullo cuiuſcumque figuræ ſyllogiſmo plures

termini reperiantur quàm tres, medium, maius extremum, & minus extremum: cum enim hi tres bis poſitum totum ſyllogiſmũ conficiant, ſi quis alius poneretur, rectam euerteret ipſius ſyllogiſmi diſpoſitionem.

Secunda lex, medium non debet aliter accipi in minori quàm in maiori, & ideò vitioſus eſſet hic ſyllogiſmus:

Omne viuens initio mundi à Deo creatum eſt.
Sed rex noſter Chriſtianiſſimus eſt viuens.
Ergo ab initio mundi à Deo creatus eſt.

Siquidem cùm viuens in maiori ſpeciatim ſumatur, vt ſit ſenſus, quãlibet viuentis ſpeciem in prima rerum productione fuiſſe à Deo cõditam, accipitur tamen in minori particularirer, quaſi ſit ſenſus, omne ſingulare viuens ab initio mundi à Deo creatum fuiſſe, quod quidem

manifeſte falſum eſt.

Tertia lex: duabus ex præmiſſis particularib⁹ nihil infertur, vt ſatis artificioſa vocabula ſignificant.

Vbi notandum aliter hic ſumi propoſitionem particularem, aliter ſingularem, ſingularis enim ſignificat non tantum rem aliquam indiuiduam & particularem: ſed eam determinat, vt hic homo Ariſtoteles, &c. atque ex iis præmiſſis ſingularibus recta deducitur concluſio hunc in modum.

Ariſtoteles eſt Philoſophus:
Hic homo eſt Ariſtoteles.
Ergo hic homo eſt Philoſophus.

Et iſte Syllogiſmus ſolet vocari expoſitorius. Particularis verò denotat quidem aliquod indiuiduũ, ſed vagè, & indeterminatè, vt aliquis homo, aliquis lapis.

Quarta lex, medium numquã ingreditur concluſionem, etenim cũ

Digitized by Google

bis collocetur in præmiſſis, ſemel in maiori, & ſemel in minori, ingrederetur Concluſionem, ter collocaretur in Syllogiſmo, quod fieri non debet, vt anteà diximus.

Hæ ſunt præcipuę leges omnium figurarum, ſi quę aliæ ſunt vt pote minus præcipuæ, à nobis in generalibus commentariis attingentur.

CAPVT QVARTVM ET POSTREMVM.

De variis Syllogiſmorum ſpeciebus.

HActenus de forma Syllogiſmi, nunc de varia Syllogiſmi ſpecie nonnulla adiungenda ſunt.

Prima eſt demonſtratio quæ ex præmiſſis neceſſariis neceſſariã infert Concluſionem, vt,

Omne rationale eſt animal.

Digitized by Google

Omnis homo eſt rationalis
Ergo omnis homo eſt animal.

Hic Syllogiſmo opponitur pſeudographus, qui ex principils alicuius ſcientæ malè intellectis procedit, vt:

Omnes lineæ ab eodem puncto ad idem punctum ductæ ſunt æquales.
Sed linea recta & curua ab eodẽ puncto ad idem punctum ducuntur.
Ergo linea recta, & curua ſunt æquales.

Principium enim illud quod in maiori ponitur, quæcumque lineæ ductæ, &c. tãtum intelligitur ſi per viam rectam ducantur, & tamen accipitur abſolutè etiam cum per obliquam viam illæ lineæ traducũtur

Tertius Syllogiſmus eſt probabilis ſiue Topicus, qui ex præmiſſis probabilibus probabilem tantùm infert Concluſionem, vt:

Quod voluptatem affert eſt expetendum

Diuitiæ voluptatem afferunt:

Ergo diuitiæ ſunt expetendæ.

Poſtremus eſt Sophiſticus, qui incautos circũuenire, aut fucum facere ſolet, vt

Quod non amiſiſti habes.

Atqui non amiſiſti cornua:

Ergo cornua habes.

Fallit enim hic Syllogiſm⁹, quod proferat maiorem tamquã vniuerſaliter veram quæ tãtùm, vt plurimùm vera eſt. Hæc de Cõpẽdio, & armorũ philoſophicorũ ſtructura: quæ ſi vobis vtilia, nobis periucũda futura ſunt.

FINIS.

Digitized by Google

PHYSICA ARBVSCVLA.

PRÆFATIO.

MAgnarum rerum parua quæque fuerunt exordia: magni Gigantes parui fuerunt in vtero infantes: riuuli temporis decurſu magna euadunt flumina, ex ſcintilla naſcitur magnarum vrbium incendium: tandem ex iniecto in terrā ſemine arbores breui temporis ſpatio oriūtur, ſed primò ſemen, deinde ex ſemine frutex, poſt, arbuſcula, cui, & rami, & frondes inualeſcunt, tum demum perfecta conſurgit arbor, flores & fructus ſuo tem-

Digitized by Google

pore ad mortalium vſum ferens Phyſicæ *arborem proximis* Remigialibus *propoſiturus vobis, arbuſculũ primò exhibemus: non vt in ea ſiſtat oculorũ veſtrorũ acies, ſed vt ſequenti anno fortior in perfectam ipſam arborem intendatur. Rem autẽ totã ſic peragemus: ſpectabimꝰ primò huius arbuſculæ radices, principia ſcilicet, & cauſas corporis naturalis, tum corticem, accidentia nimirum eiuſdem corporis naturalis: poſtea truncum mundum vniuerſum, denique ramos altiores, & humiliores, cœlũ, elementa, & cæteras corporis naturalis ſpecies: ſed prius de natura, & obiecto* Phiſicæ *aliquid de more noſtro præmittendum eſt.*

Digitized by Google

PRÆLVDIA IN PHYSICAM.

ROgabis primò, vtrum Phyſica quæ à nominis notatione eſt naturæ ſcientia, propriè in ipſo ſcientiarum numero conſtituatur.

Reſpondeo affirmatiue, proboque: ſcientia propriè dicta eſt, quæ rem certò, & euidenter cognoſcit per propriam cauſã ex primi poſteriorum cap. 2. atqui Phyſica eſt omninò eiuſmodi, cognoſcit enim certò, verbi gratia, cor-

pus humanũ eſſe corruptibile per hanc cauſã, quod ex quatuor in ſe mutuò ſæuientibus elementis componatur: item hominem eſſe diſciplinarum capacem: quia eſt ratione præditus: ergo Phyſica propriè ſcientia eſt.

Rogabis ſecundò, vtrum ſpeculatiua ſit, vel practica?

Reſpondeo eſſe ſpeculatiuam, rationemque ſubiungo: ſcientia ſpeculatiua dicitur, quæ pro fine nudam habet obiecti ſui contemplationem, nec vllas præſcribit operandi regulas: atqui Phyſica nudã inquirit cognitionẽ obiecti, nimirum corporis naturalis, cœlorum, elementorum, cæterorumque corporum, nec præcepta tradit quibus ea efficere valeamus: ergo Phyſica in ſola ſpeculatione poſita eſt.

Rogabis poſtremò quodnam ſit Phyſiologiæ noſtræ obiectum?

Digitized by Google

Reſpondeo materiale eſſe corpus naturale: formale verò quatenus naturale.

Probatur, tota Phyſica occupatur in explicãdis corporis naturalis principiis; materia videlicet; & forma: cauſis, efficiente, finali, & exẽplari: proprietatibus, quantitate, loco, tẽpore, & motu: ſpeciebus deni ue, cœlis, elemẽtis, aliiſque corporibus mixtis, vt progreſſus fidẽ faciet, ergo legitimum Phyſicæ obiectũ erit corpus naturale quatenus naturale: materiale quidẽ ipſum naturale corpꝰ, formale verò quatenus naturale, in quo à medicina ſecernitur, quæ aliter cõſiderat corpus naturale, nimirum quatenus ſanitatem recuperare poteſt.

RADICES ARBVSCVLÆ Phyſicæ, ſeu principia & cauſæ corporis naturalis.

DISPVTATIVNCVLA Prima.

De principiis.

SECTIO PRIMA.

De illis in communi.

Rogabis primò, quid ſignificet nomen Principij.

Reſpondeo, ſicut litteræ ſyllabarum principia appellantur, ita ea ex quibus naturale corpus componitur, eius principia merito dici poſſe.

Rogabis ſecundo, quæ ſit Principiorum definitio,

Reſpõdeo, illam his ſequentibus

verbis commodè tradi poſſe: Principia ſunt quæ nec ex aliis, nec ex ſeipſis, ſed ex ipſis omnia ſunt, vt materia, & forma, quibus omne conſtat componiturque naturale corpus: tametſi nulla agnoſcant principia ex quibus coaleſcant, nec etiam ex ſeipſis vllo pacto fiant.

Rogabis tertió, quotuplicia ſint generationis principia.

Reſpondeo eſſe tria, materiam ſcilicet, formam, & priuationem: ſic in generatione ignis ex ligno, datur lignum ipſum tamquam materia & ſubiectum: datur priuatio formæ ignis in ligno à qua tranſit, & ipſa tandem ignis forma ad quam progreditur. & quia accedente forma tollitur priuatio, ſolaque cum materia naturale corpus componit: priuatio generationis quidem, ſed non com-

Digitized by Google

poſitionis principiũ dicitur, & duo tantùm retinentur compoſitionis ſeu corporis naturalis principia, materia, & forma.

SECTIO SECVNDA.

De Principiis in particulari.

QVÆSTIVNCVLA PRIMA.

De Materia.

Rogabis primò, an detur in rebus naturalibus materia?

Reſpondeo affirmatiuè, & probo: poſt receſſum animę à corpore aliquid remanet, nempè materia corporis, quæ tunc incipit eſſe ſub forma cadaueris: ergo datur de facto in rebus naturalibus materia.

Rogabis ſecundò, quæ ſit materiæ definitio.

Digitized by Google

Reſpondeo hanc ab Ariſtotele aſſignari primi Phyſicorum, cap. 6. Materia eſt id ex quo aliquid fit, non ex accidente, ſed per ſe tanquã ex ſubiecto primo.

Dicitur primò, ex quo aliquid fit, ad diſtinctionem cauſarum externarum efficientis, finalis, & exemplaris, ex quibus res non dicuntur fieri, ſed ab efficiente propter finẽ, & ad exemplar.

Dicitur ſecundò, non ex accidente, ſed per ſe, vt materia ab accidẽtibus diſtinguatur, quæ non per ſe, ſed tãtùm per accidens aliquid cõponunt, vt albedo album, & ſic de cæteris.

Tertio adiicitur, tamquam ex ſubiecto, ad differentiam formæ ſubſtãtialis, quæ aduenit ſubiecto, nec tamen ipſa ſubiectum eſt.

Denique adiungitur, (primo) ad diſtinctionem totius cõpoſiti natu-

Digitized by Google

ralis ex materia & forma conflati, quatenus artificioſarum formarũ ſubiectum eſt, vt lignum formæ cathedræ, & ſic de aliis, nam compoſitum eiuſmodi formarum primum principiũ dici non poteſt, quia coaleſcit ex aliquo primo, nempe materia, vt iam dictum eſt.

QVÆSTIVNCVLA. II.

De forma ſubſtantiali.

ROgabis primò an detur forma ſubſtantialis?

Reſpondeo affirmatiuè, proboque: per generationem naturalem aliquid ſubſtantiale producitur, & per corruptionem amittitur. non tamen materia, quia omnium conſenſu ingenerabilis eſt, & incorruptibilis, manetque eadẽ in corrupto quæ fuerat in genito, v.g. in

Digitized by Google

cadauere & homine: ergo vel producitur forma ſubſtantialis, vel aliquid aliud ſubſtãtiale: non hoc poſterius, quia nemo vmquam præter materiam in corpore naturali aliam cogitauit ſubſtantiam quàm formam: ergo forma ſubſtantialis ea eſt, quæ per generationem naturalem producitur, & per corruptionē deſtruitur, proinde que admittatur neceſſe eſt.

Rogabis ſecundò, quæ ſit formæ ſubſtantialis definitio.

Reſpondeo, hanc communiter aſſignari, forma ſubſtantialis eſt act' ſimplex, ſubſtantialis, vnum per ſe cum materia conſtituens.

Dicitur (actus) eo quod actuet materiam, ſeu illam efficiat actu eſſe in tali compoſito naturali, vt anima rationalis in homine, in quo diſtinguitur à materia, quæ non eſt actus, ſed potentia ſuſceptiua formarum,

Digitized by Google

Dicitur præterea (ſimplex) ad diſcrimen compoſitorum, vt ſunt, lignum, lapis, &c.

Additur tertiò (ſubſtantialis) ad differentiam formarum accidentalium albedinis, nigredinis, & aliarum.

Denique ponitur vnum per ſe cum materia conſtituens, vt intelligamus ex materia, & forma ſubſtantiali reſultare compoſitum naturale per ſe vnum, vt ex anima & corpore reſilit homo. Hac autem particula diſtinguitur forma ſubſtantialis ab intelligentiis, quæ licet ſint actus ſimplices ſubſtantiales, vniri tamen materiæ nequeunt ad ens aliquod per ſe vnum cõſtituendum.

Nunc agendum eſt de priuatione, ſed quia plura de illa traduntur in Logica, , quàm quæ hîc compendioſè tractari poſſent ; ab illius ſermone

mone nos temperabimus vbertim omnia in generali Phyſica traditum.

DISPVTATIVNGVLA Secunda.

De cauſis rerum.

SECTIO PRIMA.

De illis in communi.

ROgabis primò, quæ ſit Cauſæ definitio.

Reſpondeo hanc eſſe: Cauſa id eſt à quo aliquid per ſe pendet: per particulam (aliquid) effectus intelligitur.

Additur (per ſe pendet vt cauſa proprie dicta diſcriminetur à cauſis per accidens à quibus dumtaxat per accidens effectus ipſi dependent, qualis eſt medicus reſpectu

Digitized by Google

ædificii, quia ædificium per ſe tātū ab architecto pendet, a medico verô per accidens, quatenus cōtingit architectum pariter eſſe medicum.

Rogabis ſecundò, quotuplex ſit cauſa,

Reſpondeo, cauſas omnes per ſe ad quatuor poſſereuocari, ad efficientem, vt eſt ignis reſpectu calefactionis, finalem vt eſt beatitudo comparatione hominis, materialem, & formalem vt ſunt anima; & corpus in ipſo homine.

Dixi cauſas (per ſe) non enim diffitendum eſt aliquas dari cauſas per accidens, fortunam nimirum, caſum, & fatum de quibus aliqua inferius adiungemus.

Dicos præter quatuor cauſas per ſe ſuperiùs aſſignatas daturcauſa exemplaris, quæ eſt imago rei faceindæ, vt imago domûs in mente architecti exiſtens.

Digitized by Google

Reſpondeo ad cauſam formalẽ referri, quatenus eſt forma quædam externa quam ex intentione imitatur artifex, vt operetur. ſed de hac copioſius in generalì Phyſica.

SECTIO SECVNDA,

De cauſis per ſe, potiſsimum de efficiẽte.

AGgreſſuri diſputationem cauſarum in particulari, materialem & formalem relinquimus, quia cùm ſint principia corporis naturalis, de illis actum eſt ſuprà; ſed ad cauſam efficientem deſcendimus, nonnullaſque quæſtiunculas breuiter diſſoluimus.

Rogabis itaque primo, quæ ſit definitio cauſæ efficientis.

Reſpondeo hanc dari: Cauſa efficiens eſt principium à quo primo oritur actio, vt calefactio ab igne.

Digitized by Google

(Principium) tenet partes generis, reliquæ particulæ, differentiæ.

Dicitur (à quo primò oritur actio) ad diſtinctionem aliarum cauſarum materialis, formalis, & finalis, à quibus non oritur actio, ſed in materia recipitur, vt calefactio in materia ligni, ad formam terminatur, vt eadem calefactio ad formam ignis in materiam ligni inducendam, & propter finem.

Rogabis ſecundo diuiſiones cauſæ efficientis.

Reſpondeo primam eſſe in cauſam per ſe, & cauſam per accidens: cauſa per ſe eſt, verbi gratia, architectus reſpectu ædificii, per accidens verò eſt muſicus reſpectu eiuſdem ædificii.

Secunda diuiſio eſt in cauſam principalem, qualis eſt homo reſpectu hominis quem generat, & inſtrumentariam, qualis eſt peni-

Digitized by Google

cillus reſpectu imaginis.
Tertia diuiſio eſt in vniuocam, & æquiuocam.

Vniuoca ea dicitùr quæ producit effectum eiuſdem ſpeciei, vt homo hominem, & equus equum.

AEquiuoca è contra, quæ multos effectus natura & ſpecie differentes in natura ponit, vt ſol, vermes, muſcas, aurum, &c.

Quarta diuiſio eſt in cauſam primam, nempe Deum, & cauſam ſecundam, quæ omnes cauſas creatas à Deo dependentes complectitur.

Hic forte alicui videbitur agendum de cauſa finali, ſed de ea ſatis copioſe in Moralibus, accuratiora anno ſequente tradituri.

Digitized by Google

SECTIO TERTIA.

De cauſis per accidens.

TRes recenſentur cauſæ per accidens, fortuna, caſus, & fatum.

Fortuna dicitur cauſa per accidens, in iis quæ per electionem operantur præter eorum intentionem: ſic, fortuna eſt, quòd fodiens terram, theſaurum inueniat, quia agit per electionem, & prȩter ſpem & intentionem theſaurum eiuſmodi reperit.

Dicitur in iis quæ operantur per electionẽ, in quo à caſu diſtinguitur, caſus enim duntaxat locum habet in iis quæ ſine electione opera ſua moliuntur: quo ſenſu dicimus caſum eſſe quòd equite in terram deiecto, equus é pugna ad domum domini reuertatur.

Digitized by Google

Fatum denique, licet interdum fabuloſe vſurpetur pro ficta quadã diuinitate, omnia nutu ſuo regente, & ad agendum impellente, propriè tamen & Chriſtianè retineri poteſt ſi accipiatur pro ſerie cauſarũ, quatenus diuinæ prouidentiæ ſubſunt, quæ illas ad agendum modo naturæ ſuæ conſentaneo ordinat. Hæc de radicibus.

CORTEX ARBVSCVLÆ *Phyſicæ, ſeu accidentia corporis naturalis vnica diſputatiuncula explicata.*

De quantitate fuſiùs actum eſt in Logica quàm hîc compendiosè agi poſſet, & præthereà quæ ad Phyſicam remittuntur longioris ſunt ſpiritus, quàm hîc poſſint ſtricto ſermone comprehendi.

vt an, cōtinuum conſtet in diuiſibilibus, verbi gratia, linea, punctis, an detur, aut dari poſſit infinitum, & ſimilia. Qua propter hac de quātitate diſputatione partim ex Logica præſuppoſita, partim ad generalem Phyſicam remiſſa, reliqua corporis naturalis accidentia breuiter percurremus.

SECTIO PRIMA.

De Loco, & ex occaſione, de Vacuo,

ROgabis primū quid ſit locus.

Reſpondeo ſic deſiniri, Locus eſt ſuperficies corporis ambientis prima: quo pacto ſuperficies illa cæli Lunæ, quæ primo & immediate ignem elementarem ambit, dicitur locus eius.

Rogabis præterea quotuplex ſit locus.

Reſpondeo eſſe duplicem, alterū

Digitized by Google

externum, alterum internum. Externus eſt ipſa ſuperficies prima corporis ambientis, de qua actum eſt. Internus eſt ſpatium illud quod intelligitur ab aliquo corpore occupari.

Vacuum ſeu inane, loco opponitur, propterea, cùm locus debeat eſſe corpore repletus, vacuum erit omni corpore deſtitutum.

Rogabis primò, an de facto detur.

Reſpondeo negatiuè, tum quia non poteſt in tota hac vniuerſitate aliquod ſpatium aſſignari quod non ſit aliquo corpore repletum, proindeque nullum eſt vacuum, tũ quia videmus naturam à vacuo tãtoperè abhorrere, vt leuia contra ſuam naturam deſcendant, verbi gratia aër ad antra & loca cauernoſa; grauia aſcendant, vt aqua attracto per fiſtulam aëre aſcendit, ne forte

ſpatium aliquod inane & vacuum remaneat.

Rogabis ſecundo, an diuina virtute vacuum dari poſſit in rerum natura.

Reſpondeo affirmatiuè, quemadmodum enim Deus libere corpora ſub Lunę concauo comprehenſa produxit; ita poteſt pro arbitrio illa ad nihilũ redigere, & nulla alia corpora in eorum locum ſubrogare, ſieque vacuum inducere.

SECTIO SECVNDA,

De Tempore.

Tempus, vt propriè accipitur, à duratione diſtinguitur, ſicut ſpecies à genere, duratio enim tamquam genus diuiditur in has omnes ſpecies, æternitatem abſolutè dictam, æternitatem participatam,

modum æternitatis participaræ, æuum; modum æui, ſeu æternitatem, tempus diſcretum, inſtãs temporis diſcreti, tempus continuum, & inſtans temporis continui. Æternitas eſt duratio rei ex natura ſua principio & fine carentis, vt Dei ſolius, ſolius inquam, quia licet aliquis homo vel Angelus fuiſſet ab æterno creatus, eius tamen duratio non fuiſſet abſoluta æternitas, propterea quod perſe & natura ſua incipere potuiſſet, deſineréque poſſet.

Æternitas participata eſt duratio rerum ſupernaturalium, natura ſua incorruptibilium, vt viſionis beatificæ, amoris beatifici, & luminis glorioſi.

Modus æternitatis participatæ eſt duratio rerum ſupernaturalium corruptibilium; vt ſunt fides, ſpes, charitas & alia ſuperna-

turalia dona, quæ hominibus à Deo infunduntur, & per mortale peccatum delentur.

AEuum eſt mutatio rerum creatarum, incorruptibilium. Angelorum videlicet, animarũ rationalium, & ſecundùm aliquos, cælorum.

Modus æui ſeu æternitas, eſt rerum naturalium permanentium, id eſt, quæ non habent ſuum eſſe in fluxu, & ſucceſſione poſitum, interire tamen poſſunt, vt equus, leo, lapis, &c.

Tempus diſcretum, eſt duratio multarum angelicarum operationum: inſtans diſcretum vnius.

Tempus continuum definitur, menſura, ſeu duratio motus ſecundùm partes priores, & poſteriores. vt duratio illius motus, quo quis ab vno loco ad alium progreditur.

Inſtans denique temporis continui earum rerum eſt, quæ vno

tantùm inſtanti durant, vt generatio, corruptio, & ſi quæ ſint eiuſmodi.

SECTIO TERTIA.

De Motu.

ROgabis primo, quæ ſit definitio motus.

Reſpondeo, illam his verbis optime tradi: motus eſt actus entis in potentia, quatenus in potentia, ſeu, eſt actus rei quæ moueri poteſt, quatenus moueri poteſt, vt calefactio eſt actus aquæ, quæ moueri poteſt à frigore ad calorem, quatenus ſic moueri poteſt.

Rogabis ſecundò, quot modis accipiatur motus.

Reſpondeo duobus, primo ſtricte, pro illo tantum, quod fit ſucceſſiue & in tempore, ſicque non

Digitized by Google

comprehendit creationem , generationem , & corruptionem quæ fiunt in inſtanti : ſecunda ſumitur latius pro quocũque motu vel mutatione, ſicque in has ſpecies diuiditur, creationẽ, generationem , corruptionem, accretionem decretionem , alterationem , & motum localem.

Creatio dicitur mutatio à nõ eſſe ſimpliciter ad eſſe ſimpliciter vt à non eſſe mundi, ad eſſe ipſius mũdi.

Generatio deſcribitur, motus à non eſſe ſubſtantiali, ad eſſe ſubſtantiale, vt à non eſſe hominis , ad eſſe hominis.

Corruptio econtrà dicitur motus ab eſſe ſubſtantiali ad non eſſe ſubſtantiale , vt ab eſſe hominis ; ad non eſſe hominis.

Accretio eſt motus à minori quantitate ad maiorem.

Decretio econtrà , à maiori ad

Digitized by Google

minorem quantitatem.

Alteratio dicitur motus ad qualitatem, vt calefactio, motus ad calorem.

Motus denique localis eſt ille quo ab vno loco ad alium fit progreſſio.

TRVNCVS PHYSICAE arbuſculæ; ſeu modus generatim.

HIc proprie accipitur mundus pro tota rerum vniuerſitate, ſeu vt loquitur Ariſtoteles, libro de Mundo ad Alexandrum, pro compage è Cælo, Terráque coagmentata, & ex illis naturis quæ intra ipſa continentur.

Initium habuiſſe, nec ab omni æternitate extitiſſe contra Ariſtotelem, docet diuinum Oraculum initio Geneſeos ſignificatum, In principio Deus creauit cœlum & terram.

Nec improbabiliter crediderim illum à Deo, hac tempeſtate, vere ſcilicet, conditum fuiſſe propter amœnitatem & temperaturam huius tempeſtatis, quę mundo recens nato plurimum videbatur accommodata.

RAMI PHYSICAE ARbuſculæ, ſeu ſpecies corporis naturalis.

RAMVS SVPREMVS, SEV cœlum, vel de cœlo vnica Diſputatiuncula.

SECTIO PRIMA.

De Natura Cæli.

ROgabis primò, an dentur in cęlis materia, & forma.

Digitized by Google

Reſpondeo affirmatiue, cùm enim cœlum ſit naturale corpus, omnium conſenſu, vt alia corpora naturalia, ita ipſum materia formàque conſtare neceſſum eſt.

Rogabis prætera, vtrum forma cæli ſit anima.

Reſpondeo negatiue, concludôque cælos nequaquam eſſe animatos. Probatur, ſi cæli eſſent animati, vtique nutriri deberent per aſſumptum alimentum: atqui nullum eſt alimentum quod ſufficere queat ad cælum nutriendum; ſi enim vapores omnes qui à temporis initiis vſque ad præſens tempus elati ſunt, ſimul in vnum cogerentur, ne illis quidem ſemel repleri poſſet: ergo cæli non ſunt animati.

Digitized by Google

SECTIO SECVNDA.

De numero cælorum.

PRætermiſſa grauiſſima illa, quę de Cęlorum numero extitit, antiquorum ſententia, communior controuerſia eſt, vndecim exiſtere, decem mobiles & rotundos, & vnum immobile, & quadratum, quod ſedes, domicilium beatarum mentium dicitur, & Empyreum à Theologis.

Denatius autem ille cælorum mobilium numerus colligitur ex decem diuerſis motibus qui in ipſis reperiuntur: ſeptem, in planetis, Luna, Mercurio, Venere, Sole, Marte, Ioue, Saturno, & tres alij in Firmamento, quorum vnicus tantùm illi poteſt eſſe naturalis, cùm ex regula generali

philoſophorum, vni corpori ſimplici, quale eſt cælum, vnicus tantum motus naturalis eſſe poſſit; vnde ſequitur, vt duo alij violenti ſint, & proinde oriantur ex duobus aliis ſuperioribus cœlis quorum motibus rapiatur.

SECTIO TERTIA.

De affectionibus Cælorum.

PRæcipuæ affectiones cælorum ſunt, quod in orbem circumferantur, lumine perfundantur, quod in ipſa quoque inferiora ſublunaria copiose diſpergunt.

Sed peculiaris eſt difficultas, vtrum præter motum & lumen, quibus certum eſt cælum influere in hęc inferiora, dentur aliæ occultæ vires, vulgo influentiæ.

Reſpondeo affirmatiuè, multi enim effectus certis quibuſdam

aſtris tribuuntur, qui in eorum motum lucem ve referri non poſſunt, vt quod Saturnus frigiditatem, & ſiccitatem gignat, Iupiter temperiem, Mars ardorem, Sol calorem, Venus & Mercurius calorem quoque ipſum, ſed moderatum, Luna denique humiditatem.

RAMVS SECVNDVS physicæ arbuſculæ, ſeu vnica de Elementis diſputatiuncula.

SECTIO PRIMA.

De illis in communi.

QVÆSTIVNCVLA PRIMA.

De Elementi definitione, eorumque numero.

HIc non ſumimus nomen Elementi, vt vulgo accipitur, pro principio cuiuſque rei, quo ſenſu dicimus litteras eſſe orationis elementa, ſed prout à philoſophis communiter accipitur, definiturque ab Ariſtotele & aliis: Corpus ſimplex completum ex quo inſito & remanente mixtum componitur, & in quod tandem per interitum remeat.

Dicitur primo (Corpus) ad differentiam Dei, Angelorum, & Accidentium.

Dicitur ſecundo (ſimplex) ad diſtinctionem corporis mixti, ſeu ex quatuor elementis conſtituti, vt ſunt leo, equus, lapis, &c.

Dicitur tertio [completum) vt elementum ſecernatur à materia prima, quæ eſt aliquid incompletum, quamuis ſit principium rei naturalis.

Digitized by Google

Dicitur quartò, ex quo inſito, & remanente, intellige, non ſecundùm formam ſubſtantialem, quaſi in corpore mixto, verbi gratia, homine, præter formam totius, puta animam rationalem, dentur formæ ſubſtantiales elementorum ignis, aëris, aquæ, terræ, cùm hoc nimis videatur à veritate alienum; ſed ſecundum qualitates refractas, & ad certam aliquam temperiem redactas.

Dicitur poſtremò, & in quod per interitum remeat, ad deſignandam corporum mixtorum conditionem, quæ vt ſine elementis conſiſtere non poſſunt; ita corrupta in eadem redire poſtulant.

Quod ſpectat ad numerum elementorum, communis ſententia eſt, ea quaternario numero contineri, eſſéque terram, quam, aërem, & ignem: non quidem im-

purum illum, qui apud nos in vſu eſt, & in ſubterraneis locis gignitur, ſed puriorem illum qui in Lunæ concauo reſidere communiter perhibetur.

QVAESTIVNCVLA II.

De *quatuor primis qualitatibus* Ele*mentorum calore, frigore, humore, & ſiccitate.*

NOn in abſtracto, ſed in concreto has quatuor primas qualitates definit Ariſtoteles.

Primò ait calidum eſſe quod congregat homogenea ſeu eiuſdem naturæ, & rationis, vt ſunt aqua, aër, & diſgregat heterogehea, ſeu diuerſæ rationis, vt eſt corpus humanum, quod carne, oſſibus, neruis, aliiſque partibus integratur: ſic ignis per calorem in for-

Digitized by Google

nace congregat ſimul purioris auri partes , fæces vero aliáque metalla ei adiuncta ſeiungit ac ſegregat.

Frigidum econtrà definit , quod ex æquo congregat homogenea, & heterogenea, vt videre eſt in gelu, quod aquam, lapides, paleas, ligna, & plurima alia etiam diuerſæ naturæ coaceruatim congregat.

Humidum deſcribit , quod ſuo proprio termino ægre continetur, alieno vero facile coërcetur, vt patet in aqua quæ ob ſuam humiditatem in proprio ſuo termino ſemper fluit, in vaſe vero incluſa fluere deſinit.

Denique ſiccum dicit eſſe, quod ſuo proprio termino bene coërcetur, alieno difficile, quod certe in lapide deprehēdi poteſt, qui in proprio loco placide quieſcit : at vero extra illum conſtitutus, puta in aliquo vaſe, toto conatu illud frangere, &

& ad proprium locum redire contendit.

QVÆSTIVNCVLA TERTIA.

De qualitatibus motricibus Elementorum.

QVod ad difficultatem attinet, qualitates motrices elementorum ſunt illæ, quibus ad ſua loca prouehuntur, vulgoque quatuor conſtituuntur. Prima dicitur leuitas ſimpliciter, igni conueniens, illum ad ſupremum mundi locum transferens. Secunda eſt leuitas ſecundùm quid, aëri peculiaris, per quam ſupra terram, & aquam, infra tamen elementarem ignem; defertur. Tertia eſt grauitas ſimpliciter, ad ſolam terram pertinens, illãque ad infimam mundi partem, & vniuerſi centrum trahens. Poſtre-

ma eſt grauitas ſecundùm quid, a-
uæ propria, à qua habet, vt infra ignem, & aërem, & ſupra terram conſtituatur. Præter ea quæ de elementis in communi dicta ſunt, nihil de igne, & aëre hoc loco dicendum ſuper eſt, ſed tantùm de terra vnũ, & duo de aqua, ſeu mari.

SECTIO SECVNDA.

De elementis in particulari.

QVÆSTIVNCVLA.

De Terra.

QVæritur vtrum terra ipſa in centro mundi exiſtens moueatur, nec ne, vt multi propugnarunt.

Reſpondeo negatiue iuxta doctrinam Ariſtotelis, & illuſtriũ peripa-

teticorum, ipſaque ratione perſuadente: etenim cùm terra in medio orbis ſuſpenſa propriis ſuis omnino libretur ponderibus, non videtur qua ratione, quove fine moueri debeat.

De Aqua.

ROgabis primo, vnde oriatur reciprocus maris æſtus? Hac in re grauiſſimi Philoſophi infinitis propeexãt latislaboribus nõ niſi tenebras loco clarioris veritatis potuerunt comprehendere, & propriæ infirmitatis & ignorantiæ conſcij dixerunt id eſſe reponendum inter ea quæ nos natura mirari voluit, ſcire noluit. Alii tamen Lunam huius reciproci æſtus cauſam fecerunt, eo quod pro diuerſo ſtatu & aſpectu Lunæ, varietatẽ habeat

Digitized by Google

eiuſmodi æſtus, plurimum ferueat cùm Luna toto orbe plena eſt; alio verò tempore mitteſcat: qua vero virtute id Luna præſtare poſſit, aſſignare nequeunt, coguntur que ad vim eius latentem & occultam recurrere; eadem ratione, ac cùm inquiritur virtus per quam magnes ferrum ad ſe poteſt attrahere.

Rogabis ſecundò, vnde orta ſit ſalſedo maris?

Reſpondeo omiſſis variis Philoſophorum placitis, valde eſſe probabile, quòd mare à Deo cum ſua ſalſedine conditum ſit, tum ne putredinem aliquando contraheret, ſicque ineptum euaderet piſcium domicilium; qui quidem piſces, ſaltem marini, extra ſalſam aquam diu viuere non poſſunt: tum etiam vt craſſius, calidiuſque foret, ideoque facilius nauium pondera ferret,

Digitized by Google

magniſque brumæ frigoribus, ne iis ſtringeretur, & in gelu concreſceret, poſſet reſiſtere. Addo hanc maris ſalſedinem plurimum auctam fuiſſe exhalationibus quibuſdam virtute Solis aduſtis, quæ vel concoctæ ſunt in ipſo mari, vel ventorum flatu in illud delatæ ſunt.

RAMVS TERTIVS.

Demixtis.

SECTIO PRIMA.

De generatione & corruptione Mixtorum.

QVod ſpectat ad generationẽ, nõ debet hoc loco ſtricté vſurpari pro ſola nimirum productione viuentis à viuente, vt pote hominis ab homine, ſed paulò latius, pro

productione cuiuſcumque ſubſtantiæ completæ, quomodo ſumpta definitur ab Ariſtotele, primi de generatione, cap. 4. mutatio totius in totum, nullo ſenſibili ſubiecto remanente.

Dicitur primo [mutatio) in quo conuenit cum aliis mutationibus accidentalibus.

Additur ſecundo (totius in totum) non quod totum pereat ſeu ſecundum materiam & formam, quia ex ſuperius dictis, materia eſt incorruptibilis; ſed quod ſeparata forma à materia, totum quod erat, amplius nō intelligatur remanere, vt homo, ſeparata anima rationali à corpore.

Tertiò adiungitur (nullo ſenſibili ſubiecto remanente) non quod materia remaneat nuda & vacua omni ſenſibili accidente, quod importunè aſſerunt Thomiſtæ, ſed

quod auulſa forma, quod remanet, non ſit amplius verum aliquod per ſe naturale compoſitum, ſed tantum materia quibuſdam accidentibus affecta, quantitate videlicet, figura, & aliis.

SECTIO SECVNDA.

De *Mixtis imperfectis ſeu Meteoris.*

CAPVT PRIMVM.

De *nomine, & natura Meteororum.*

EO quòd Meteora vt plurimnm in ſublimi generantur, meteora dicta ſunt.

Dixi (vt plurimum) nam aliquando in terræ gremio mixta imperfecta generantur, quę communi voce meteora appellantur.

Porro meteororum materia du-

Digitized by Google

plex, vna remota, altera proxima.

Remota ſunt aqua, & terra, ex quibus priùs emergere, & attolli debēt vapores, & exhalationes, quàm meteora generentur: ex quo fit vt vapores & exhalatio, propinqua meteororum materia perhibeātur.

Eſt autem vapor habitus calidus, & humidus ex aqua proficiſcens. Exhalatio verò anhelitus terræ calidus, & ſiccus; ſub quo duo ſpecies continentur: alia enim exhalatio ignem facile concipit & ex ea ignita fiunt meteora, vt cometæ, faces ardentes, ignes fatui, &c. alia non ita facile accenditur, & ex ea proximé oriuntur venti.

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

De Meteoris ignitis, cometa, fulmine, fulgure, tonitru.

IGnitorum meteororum primum eſt cometa, non ex cœleſti quadam natura, ſed ex copia exhalationis pinguis, craſſę, & partibus bene coagmentatis cõflatus, vt flammam facile concipere, conceptam diu retinere poſſit.

Inflammatur autem in ſuprema aëris prouincia, per motum quo ignis, ſupremaq; illa aëris regio mouentur, vel ob flammulas quaſdam, ex igne elementari in exhalationem decidentes, aliàmque ſimilem ob cauſam.

Secundum eſt fulmen, quod quidem eſt exhalatio craſſior, ve-

Digitized by Google

getior, in nube incluſa, quæ inflammata & rarefacta liberum è nube exitum quærit, propterea illam vehementi impetu ferit, tandemque diſrumpit, ac ea vi qua eam fregit, ad terras detruditur.

Tertium eſt fulgur: fulgur autem eſt exhalatio ſicca, ob vehemẽtem nubis concuſſionẽ accenſa, & tota ignea apparens.

Portò ex hac concuſſione nubis, tonitru ortum habet, cùm ſcilicet exhalatio calida & ſicca in nube caua, craſſa tamen & denſa incluſa, huc & illuc diffugiens ac percutiẽs, per antiperiſtaſin, id eſt, circumobſeſſionem contrarii, motumque inardeſcit atque rareſcit, proindéque ampliorem locum quærit, quẽ vt conſequatur, magno impetu nubem concutit, eamque diſrumpit, vnde ingens ille ſonitus & fragor excitatur, quem tonitrum appel-

lant. Sequuntur alia quædam ignita meteora, flamma ſeu fax, capra ſaltans, lancea ſeu iaculum, ſidera volantia, draco volans: ignis fatuus, & alia huiuſmodi, de quibus accuratius non agimus, nec enim id inſtitutio compendioſa poſtulat.

CAPVT TERTIVM.

De meteoris lucidis.

POſt ignita meteora lucida aggredimur quorũ princeps (Iris ſiue (arcus cæleſtis) meritò indigitatur iris inquam.

Mille trahẽs varios aduerſò ſole colores,

Hæc fit efficienter à Sole, & in nube rorida recipitur.

Dixi efficienter à Sole fieri, quia ipſe ſuo radio nubem illam aridam feriens eamdem collu-

ſtrat, ac liberali lumine perfundit, quod lumen ſit nobis perſpicuum, cùm nubes ratione ſuæ opacitatis (opaca enim eſſe debet) ipſum lumen ad viſum noſtrum repercutit.

Sunt & alia Meteora lucida, vorago, corona, virga, parelia. Alij addunt viam lacteam, de quibus aliàs ex profeſſo.

CAPVT QVARTVM.

De Ventis, & terræ-motu.

VEntus non eſt aer agitatione commotus, vt voluere quidã Philoſophi, quia aliquando aer ſine vento commouetur, vt cùm cymbala pulſantur, & tormenta bellica per aerem ingenti boatu reſonant, & turres maximo impetu decidunt: ſed eſt magna exhalationis copia confertim in ſublime elata

Digitized by Google

vſque ad mediam aeris regionem, ibique aere frigido & denſo protruſa & diſſultanti impetu reſiliens.

Quod ad terræ motum ſpectat, is nihil aliud eſt quàm concuſſio & libratio terræ orta ex quibuſdam exhalationibus calidis & ſiccis, intra terræ viſcera incluſis, & exire nitẽtibus, tum propter leuitatẽ illas ad ſublime cõcitantẽ, tum etiam propter maiorẽ extenſionẽ, quàm quæ tam anguſto loco citra dimenſionũ penetrationẽ cohiberi poſſit; tunc enim nimia illa exhalatio quaſi ſtrãgulata vltro citròque libertatem & exitum quærit, quem cùm inuenire non poteſt, anguſtias omnes dimouet: & dum clauſtra effringere & conuellere nititur, illorum ingẽtem motum & tumultum facit.

CAPVT QVINTVM.

De Meteoris aqueis.

IMpreſſiones aqueæ illæ ſunt, quæ pro materia vaporem habent, qui quidem vapor eſt humidus & calidus, vt patet ex ſuperiùs dictis.

Variæ illæ ſunt, nubes, nebula, pluuia, ros, pruina, nix, grando, glacies, & aliæ huiuſmodi.

Nubes eſt vapor in magna copia ad mediam aëris regionem elatus, ibique loci frigiditate condenſatus.

Illa duplex; vna ſterilis quæ in pluuiam non reſoluitur: alia fœcũda, quæ ex aduerſo in pluuiam abit.

Nebula ſeu caligo, eſt idem vapor minus addenſatus, exiſtens in infima aëris regione.

Pluuia eſt vapor vi frigoris in

guttas reſolutus, vel ipſa nubes in guttulas ſoluta.

Ros eſt idem vapor, ſed ſubtilior.

Pruina quoque vapor; ſed vi vehementioris frigoris magis congelatus.

Nix ſimiliter eſt vapor euectus ad mediam aëris prouinciam, formaturque cùm nubes præ vehementi ſua frigiditate gelaſcit priuſquam in aquam diſſoluatur, & molliter in terras decidit.

Grando nihil eſt aliud, quam pluuia in aëre glaciata.

Glacies eſt ipſa aqua congelata ſeu fortiter addenſata & conglutinata, aliquo terreſtri admixta.

Addunt quidam mel, ſaccarum, manna. Hæc de Meteoris.

Digitized by Google

SECTIO TERTIA.

De Mixtis perfectis, & potiſſimum de corpore animato, vel potius de anima.

MIxta perfecta in eo differunt ab imperfectis, quod imperfecta retineant formam ſubſtantialem elemēti alicuius, vt pluuia formam aquæ: perfecta verò propriam formam ab vnoquoque elementorum diſtinctam vendicēt, vt homo animam rationalem.

Mixta porro perfecta alia ſunt animata, vt homo, equus, &c alia inanimata, vt lapides, metalla, & ſimilia: de ſolo mixto animato, vel potiùs de anima hac ſectione diſſeremus.

Digitized by Google

CAPVT PRIMVM.

De anima in communi.

PARS PRIMA.

De animæ eſſentia, aliiſque eo pertinentibus.

QVæritur primò definitio animæ in communi.

Reſpondeo illam non vnam, ſed duplicem aſſignari ab Ariſtotele. Prior legitur ſecundo de anima cap. 1. textu 6. Anima eſt actus primus ſubſtantialis corporis organici, poteſtate vitam habentis.

Dicitur primò (actus) in quo conuenit cum aliis formis ſubſtantialibus, & à materia, quæ potentia eſt, diſtinguitur.

Dicitur ſecundo (primus) ad

Digitized by Google

diſtinctionem actuum ſecundorũ, vt ſunt operationes facultatumno-ſtrarum, intellectus, voluntatis, & aliarum.

Dicitur tertio (corporis organici) id eſt materiæ organis, & diſpoſitionibus affectæ ad functiones vitæ adminiſtrandas idoneis.

Denique dicitur (poteſtate vitam habentis) qua particula à formis rerum inanimatarum ſecernitur, quia illæ nec informant corpus organicum, nec vitam poteſtate habent.

Poſterior definitio habetur etiam ſecundo de Anima, cap. 2. textu 24 Anima eſt principium quo primo viuimus, ſentimus, mouemur, & intelligimus, quæ quidem definitio per actiones animæ aſſignatur vt patet.

Rogabis ſecundò quotuplex ſit anima.

Digitized by Google

Reſpondeo eſſe triplicem, vegetantem plantis, ſentientem brutis, & intellectualem hominibus conuenientem, quæ poſtrema in eo cæteris antiſtat, quòd ſit immortalis, ſpiritalis, indiuiſibilis, atque adeo tota in toto corpore, & tota in qualibet eius parte.

PARS SECVNDA.

De facultatibus Animæ generatim.

FAcultates Animæ ſunt accidentia quædam quibus tanquã inſtrumentis vtitur anima ad functiones ſuas obeundas, vt calor reſpectu ignis, intellectus comparatione hominis, & ſic de cæteris.

Generatim autem quinque eiuſmodi facultates cõſtituuntur, prima eſt vegetatiua, ſecunda ſenſitiua, tertia loco motiua, quarta, appetitiua, poſtrema intellectiua, de quibus omnibus ſigillatim dicetur infrà.

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

De Anima ſpeciatim.

PARS PRIMA.

De Anima vegetante, potiſſimum de eius facultatibus.

Hic non eſt operæpretium de ſubſtantia animę vegetantis agere, cum illa ex dictis de anima in communi ſufficienter intelligatur, ſed tantum de eius facultatibus, quæ ternario numero continentur.

Prima eſt nutritiua, cuius beneficio res animatę in indiuiduo ſe quantum poſſunt ab interitu vindicant per conuerſionem alimenti in ſuam ſubſtantiam.

Huic famulantur quatuor vir-

Digitized by Google

tutes quę ideò vocantur admini-ſtræ. Attractix, quæ alimentum vario linguæ motu, & dentium opera comminurū ad ſtomachum attrahit. Concoctrix, quæ alimentum huc adductum ſuo calore concoquit. Retentrix, quæ alimentum retinet ne citiùs effluat, & pro-perè dilabatur. Expultrix denique, quæ impuras alimenti partes, puta fęces, & excrementa maiora, vt pote ad nutritionem inepta, propellit.

Secunda eſt augmentatiua, per quam res, intus ſuſcepto, & in ſuam ſubſtantiam cōuerſo alimento, in decentem creſcunt magnitudinem vt ſecundùm ſuam naturam poſſint operari.

Poſtrema eſt generatiua, cuius beneficio quod in indiuiduo natura nō poteſt, in ſpecie conſequitur, ſcilicet, noua ſobolis procreatione

ex ſemine ſpeciem conſeruando.

PARS SECVNDA.

De Anima ſenſitiua, vel potius de eius facultatibus.

SEnſus generatim nihil aliud eſt, quàm facultas quædam corporea, & organica, animalibus tantum conueniens, in quo à facultatibus animæ vegetantis ſecernitur, quę etiam in plantis, & arboribus inueniuntur.

Diſtinguitur etiam, quòd anima vegetatiua calore naturali tantum, & alijs qualitatibus planè materialibus, & craſſioribus ſuas actiones adminiſtret: anima verò ſenſitiua, vel potius ſenſus, ſpeciebus quibuſdam tenuioribus, & minus materialibus, quas communiter, intentionales vocant, vtatur;

huiuſmodi ſpecies eſt illa quæ à colore parieti inexiſtente ad oculum defertur, & cum ipſo oculo, vel potius viſiua facultate ad viſionem eliciendam concurrit.

Senſus generatim duplex, exterior, & interior. Exterior dicitur cuius organum externum eſt. Intèrior è contra, cuius organum eſt internum.

Exterior ſenſus quintuplex, viſus, auditus, guſtus, odoratus, & tactus.

Viſus eſt facultas corporea in oculo, vel melius, in humore cryſtallino oculi reſidens,

Eius obiectum viſibile eſt, quod non lumen tantùm, aut colorem tantum, ſed ſimul & lumen & colorem complectitur quia tam color quam lumen viſu percipitur.

Auditus eſt facultas pariter corporea in tympano auris exiſtens.

Eius obiectum eſt ſonus, qui

expercuſſione aëris oritur.

Guſtus eſt quoque corporea facultas in lingua, potiſſimum in eius cuſpide reſidens, & ſaporem tamquàm obiectum percipiens.

Odoratus ſeu olfactus, pariter eſt corporea & organica facultas, in carunculis mammillaribus in naſo exiſtentibus manens, & odores tamquam obiecta propria percipiēs,

Tactus denique eſt ſenſus omnium vniuerſaliſſimus, ſcilicet per omnes corporis partes diffuſus.

Eius obiectum eſt qualitas tactilis, calor, frigus, & ſimiles.

Senſus interior quadruplex, communis ſenſus, phantaſia, æſtimatiua, & memoria.

Senſus communis eſt veluti prōptuarium, & communis officina, omnium ſenſuum externorum ſpecies in ſe recipiens, & diſtincte cognoſcens.

Phantaſia

Digitized by Google

Phantaſia ſequitur, quæ receptis illis ſpeciebus ſibià ſenſu communi tranſmiſſis, illas conſeruat, & earum poſte à recordatur.

AEſtimatiua eſt ea quæ non tantùm ſpecies à ſenſibus externis per communem ſenſum & per phantaſiam tranſmiſſas percipit, ſed ex his alias nullo ſenſu exteriori perceptas elicit; vt cùm ouis percepto per viſum lupo inde inimici ſpeciem nullo ſenſu externo apprehenſam elicit, & propterea fugit.

Memoria denique eſt theſaurus in quo reponuntur quæcumque ab æſtimatiua, ſeu cogitatiua, percepta ſunt, vt eorum poſteà recordetur.

Præter ſenſus, anima ſenſitiua habet alias duas facultates, appetitiuã & loco motiuam.

Appetitiua eſt facultas ſentientis animæ, qua fertur circa proſecutionem boni, & fugam mali.

Digitized by Google

Appetitus duplex conſtituitur, cõcupiſcibilis, & iraſcibilis, de quo in Moralibus.

Virtus verò motrix eſt facultas quædam ipſis animalibus conueniens, qua de loco ad locum mouentur præſuppoſito ſenſus iudicio, in quo diſtinguitur à virtute motiua rerum inanimatarum, ignis, verbi gratia, lapidis & aliarum.

PARS TERTIA,

Et poſtrema.

De Anima rationali, eiuſque facultatibus.

DVo hîc breuiter explicanda ſunt, alterum circa ipſius animæ ſubſtantiam: alterum circa eiuſdem facultates.

Quod ad primum attinet: ſup-

Digitized by Google

poſita animæ rationalis immortalitate, ſpiritalitate, & indiuiſibilitate, quam ſupra iam ſuppoſuimus, vt ab omnibus conceſſam, quęſtio tantùm eſt de origine.

Reſpondeo contra Platonicos, animas rationales non eſſe corporibus vetuſtiores, ſed in inſtanti à Deo creari, & creatas materię bene diſpoſitæ infundi.

Quod ſpectat ad alterum, quatuor aſſignãtur rationalis animæ facultates, intellectus ſcilicet, voluntas, memoria, & virtus motrix.

Intellectus ea eſt facultas, quæ tota in veritatis contemplatione incumbit, verumque ipſum, ſiue vniuerſale, ſiue ſingulare pro obiecto agnoſcit.

Voluntas aliud ſectatur, nempe bonum, ſiue verum, ſiue tantùm apparens: ſed de ea in Moralibus.

Memoria quatenus eſt peculia-

Digitized by Google

ris facultas animæ rationalis, eſt theſaurus rerum omnium quæ ab intellectu perceptæ ſunt, earumque recordatur.

Virtus denique motrix animę rationalis, ea eſt per quam ipſa anima corpore ſoluta, ab vno loco ad aliũ fertur, puta ad abyſſum, vt in eo æternum crucietur, vel ad cælum, vt in hoc perpetua felicitate donata conquieſcat: ſicut nobis quieſcendum eſt prioribus iſtis, & tenerioribus fructibus ex Phyſicæ arbuſcula excerptis: hi meliores maturioreſq; ſpondent, quos ex ramis eiuſdem arbuſculæ, ſed magis adultæ anno ſequenti, duce Deo, colligemus, vobiſque plena manu, plenoque ore deguſtandos porrigemus.

Digitized by Google

COMPENDIVM PHILOSOPHIÆ MORALIS.

CAPVT PRIMVM.

De eius præludiȷs.

MEMBRVM PRIMVM

De nomine & diuiſione philoſophiæ Moralis.

PHiloſophia Moralis, idẽ ac ſcientia morum directrix, ſeu regula; à more enim, vel à moribus Moralis nuncupatur; ἀπὸ τοῦ ἤθους

vel ἔθεσι quorum illud mores, hoc vero conſuetudinem ſignificat, ἠθικὴ nuncupatur.

Miſſis aliis Ethicę diuiſionibus, hæc vna præ cæteris nobis arridet, qua ſecũdùm diuerſos modos quibus actiones hominis ad bonum dirigi poſſunt, in monaſticam, œconomicam, & politicam diſtribuitur.

Monaſtica dicitur, ἀπὸ τοῦ μόνου, quod ſolum ſignificat, quia hæc vnius hominis ſolitarie ſumpti actiones dirigit.

Oeconomica dicitur ἀπὸ τοῦ νόμου καὶ οἴκου, quod ſignificat legem domus, quia in tradendo modo adminiſtrãdæ familiæ verſatur: πολιτικὴ denique ἀπὸ τῆς πόλεως quod ciuitatẽ ſonat, quia regendę ciuitatis modũ præſcribit.

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

De natura Ethicæ, ſeu quid ſit.

Prima Concluſio:

MOralis Philoſophia non eſt ars proprie ſumpta, neque prudentia.

Prior pars probatur. Ars proprie ſumpta verſaturcirca materiam externam, atqui philoſophia Moralis non verſatur circa materiam externam: ſed circa operationes voluntatis: ergo Philoſophia Moralis non eſt ars proprie ſumpta.

Poſterior pars probatur: prudentia agit tantùm de rebus particularibus, ſed philoſophia Moralis non agit de rebus particularib9, ſed de actione voluntatis invniuerſum: ergo Philoſophia Moralis non eſt prudentia.

Secunda propoſitio.

ETHica eſt ſcientia vere, & propriè dicta, eaque practica, & non ſpeculatiua.

Prior pars probatur, ſcientia nihil aliud eſt quàm certa, & neceſſaria rei cognitio per propriam cauſam: atqui Philoſophia Moralis eſt eiuſmodi, cognoſcit enim multas concluſiones neceſſarias per veras cauſas, verbi gratia vitium eſſe fugiendum, quia malum eſt naturæ rationali infeſtum.

Probatur poſterior pars: ea ſcientia eſt practica, & non ſpeculatiua, cuius finis eſt opus: atqui Ethica eſt eiuſmodi, non enim conquieſcit in obiecti ſui cognitione, ſed eam ordinat ad opus, ergo Ethica eſt ſcientia practica.

Digitized by Google

CAPVT TERTIVM
Et poſtremum.

De obiecto & fine Ethicæ.

PRætermiſſis iis quæ vulgò de obiecto in Logica traduntur, ſit

Prima propoſitio.

ACtio humana, & deliberata quatenus in vltimum finem eſt dirigibilis, obiectum eſt adæquatum Philoſophiæ Moralis, ita vt actio humana hic conſideretur tamquam obiectum materiale, ratio verò formalis ſecundum quam conſideratur, ſit quatenus in vltimũ finem eſt dirigibilis.

Probatur, illud eſt obiectum adæquatum ſcientiæ cuiuſdam,

Digitized by Google

quod primò, & per ſe in ea explicatur, & cuius principia, partes, & proprietates in tali ſcientia declarantur: atqui actionis humanæ, & deliberatæ quatenus in vltimum finem eſt dirigibilis, principia, partes & proprietates in hac ſcientia demonſtrantur Maior patet, minor probatur: etenim huius actionis principia ſunt intellectus & voluntas: ſpecies verò variæ ſunt actio humana elicita, verbi gratia, amor, odium, & imperata, vt auditio: proprietas denique ſunt bonitas moralis, & malitia quæ in ipſis actionibus deprehenduntur: Atqui hęc omnia in Morali Philoſophia abunde tractantur, ergo, &c.

Poſterior verò pars probatur, vt ſe habet dirigibilitas actionis intellectus in verum ad Logicam, ita dirigibilitas actionis voluntatis in bonum & finem vltimum ad Ethicam:

atquidirigibilitas inverum eſtratio formalis ſub qua conſideratur in Logica actio intellectus, ergoà pari dirigibilitas in bonumerit ratio ſub qua actio voluntatis cōſideratur in Ethica.

Secunda propoſitio.

PRoximus finis Ethicæ eſt cognitio actionum humanarum: remotus verò; earumdem directio in finem vltimum per præcepta bene viuendi.

Probatur, finis proximus dicitur qui nullo intermedio, remot⁹ vero qui non primo, ſed alio intermedio intenditur: atqui cognitio actionum voluntatis, nullo alio intermedio, directio verò earum mediāte illa cognitione à Philoſophia morali intenditur, ergo cognitio actionum humanarum proxi-

Digitized by Google

mus erit finis Ethicæ, remotus vero, directio ipſarum in vltimum finem.

PARS PRIMA HVIVS Compendiariæ inſtitutionis.

De Bono, Fine, & Beatitudine.

CAPVT PRIMVM.

De *Bono.*

MEMBRVM PRIMVM.

De *nomine, exiſtentia, & diuiſione Boni.*

BOnum ſumitur pro eo quod eſt congruum & conueniens: eius exiſtentia patet ex innato appetitu quo res quęlibet fertur in ſuum bonum.

Digitized by Google

Diuiſiones Boni præcipuæ ſunt, in bonum verum, quod à parte rei tale eſt, bonum apparens, quod quãuis à parte rei non ſit tale, exiſtimatur tamen eſſe tale.

Secunda diuiſio eſt in bonum per eſſentiam, id eſt, quod à nullo dependet, qualis eſt ſolus Deus, & bonum per participationem, quales ſunt creaturæ.

Tertia diuiſio eſt in bonum honeſtum, quod per ſe decet naturam rationalem, vt virtus: in bonum iucundum quod adfert delectationem, vt cibus: in vtile demum, qu od confert ad aliquid obtinẽdũ, vt litteræ ad magiſtratum ſibi comparandum.

Quarta diuiſio eſt in bonum tranſcendens, quod cuilibet enti conuenit: & in bonũ morale, quod eſt conforme rectæ rationi, quæ eſt regula morum, & naturale deni-

que, quod cuilibet rei cõuenit iuxta naturæ ſuæ conditionem, calor igni, frigus aquæ.

Aliæ diuiſiones ſi quæ ſint, à nobis in generalibus commentariis non prætermittentur.

MEMBRVM SECVNDVM.

De eſſentia Boni, ſeu in quo conſiſtat Boni eſſentia.

Prima propoſitio.

ESſentia bonitatis cõſiſtit in cõuenientia & congruitate. Probatur, ratio quare quodlibet bonũ, dicitur bonum, eſt ipſa conuenientia, vt patet inductione facta per omnia bona, ergo bonitas conſiſtit eſſentialiter in conueniẽtia & congruitate.

Obiicies, bonitas debet conſi-

ſtere in aliquo reali, atqui conuenientia eſt tãtùm denominatio externa petita ab aliquo extrinſeco, nempè à re, non quæ conueniens eſt, ſed cui conueniens eſt, vt patet ex eo quod res vna & eadẽ cenſeatur eſſe conueniens, & diſconueniẽs, verbi gratia, calor dicitur cõueniens igni, & aquæ diſcõueniẽs, ergo bonitas non conſiſtit in illa conuenientia.

Reſpondeo diſtinguendo maiorẽ, bonitas debet conſiſtere in aliquo reali, ſi eſſentia bonitatis adæquatè ſumatur, cõcedo, ſi inadęquatè, nego: At verò cùm volo eſſentiam bonitatis conſiſtere in cõuenientia, illud intelligendũ eſt de eſſentia bonitatis inadæquatè ſũpta: propterea quòd, vt rectè probat obiectio, cõuẽientia eſt denominatio tãtũ extrinſeca: bonitas verò eſt aliquid reale, cũ ſit id quod õnia appetũt, vnde

ſi ipſa bonitas adæquatè ſumatur, dico eam in re conuenienti & non in ſola conuenientia ſitam eſſe.

MEMBRVM TERTIVM,

De Affectionibus Boni.

PRima Boni proprietas eſt, quòd ſit ſui communicatiuum, & diffuſiuum.

Secunda, eaque magis præcipua eſt, quòd ſit appetibile, de qua tria quæruntur: primum, an ſoli bono conueniat eſſe appetibile: ſecundum, an omni bono conueniat: tertium, quiſnam ſit ille appetitus quo res omnes feruntur in bonum.

Quod ergo ſpectat ad primum, Reſpondeo, voluntatem non poſſe aliquid appetere, quod neque re ipſa ſit bonum, neque ſpeciem quandam & vmbram boni emen-

Digitized by Google

ciatur. Probatur noſtra reſponſio: Appetitus fertur tantum in id quod eſt ſibi conueniens, vel æſtimat ſibi eſſe conueniens: At id ſolum eſt conueniens, vel exiſtimatur eſſe conueniens, quod eſt re, vel apparenter bonum, ergo, &c.

Quod ſpectat ad ſecundum; vtrum ſcilicet omni bono cõueniat eſſe appetibile, Reſpondeo affirmatiuè & probo, omne quod eſt congruum & conueniens alicui appetitui eſt appetibile: At omne bonum, vt patet ex eius definitione, eſt congruum & conueniens alicui appetitui; ergo omne bonum eſt appetibile.

Quod ſpectat ad tertium, notandum eſt duplicem eſſe appetitum, innatum vnum, alterum elicitum. Innatus eſt naturalis quædã inclinatio rei cuiuſlibet in id quod eſt ſibi cõueniẽs: appetitus verò eli-

Digitized by Google

citus, vel eſt ipſa potentia appetens, vel ipſemet actus à facultate appetente elicitus. Rurſus appetitus elicitus duplex eſt, vnus rationalis, nimirum voluntas, alter ſenſitiuus. Iis ita conſtitutis.

Reſpondeo rem quamlibet bonũ ſuum appetere pro ſtatu & conditione naturæ ſuæ, appetitu nimirũ rationali, ſeu voluntate, ſi fuerit rationis particeps; ſenſitiuo verò, ſi ſenſu prædita ſit: innato denique & naturali, ſi occurrat bonũ id in quod naturaliter res ipſa propendeat. Probatur hæc reſponſio: res quælibet iis tribus modis dumtaxat eſt appetibilis, vel per rationem, vt proſecutio virtutis, quæ tantum pertinet ad appetitum rationalem, vel eſt appetibilis per iudicium ſenſitiuum, vt delicatior cibus, voluptas, & hæc tantum cadunt ſub appetitum ſenſitiuum: vel denique

Digitized by Google

appetibilis eſt, quia eſt conueniens naturæ præcisè, vt lapidi eſſe in centro, igni eſſe in lunæ concauo, quæ propriè ſpectant ad innatum & naturalem appetitum: ergo res quælibet eſt appetibilis, vel rationali, vel ſenſitiuo, vel innato appetitu.

CAPVT SECVNDVM.

De Fine.

MEMBRVM PRIMVM.

De nomine, & exiſtenta Finis.

FInis apud Philoſophos dicitur ille qui terminat, ac veluti finit intentionem agentis, quemadmodũ terminus viæ dicitur eius finis, quia ab eo finitur, & terminatur via. Exiſtentia finis iis duabus propoſitionibus explicatur.

Prima propoſitio.

DAtur re vera finis, probatur: cauſa efficiens præſupponit finem, & ab eo dependet, quælibet enim illa debet finem aliquem ſibi proponere, at datur cauſa efficiens, vt patet ex forma, quæ virtute cauſę efficientis producitur in materia, ergo datur finis.

Secunda propoſitio.

OMnia agentia agunt propter finem, ſed alio modo id conuenit creaturæ rationali, quā aliis rebus.

Probatur prior pars: agere propter finem, eſt habere finem actioni ſuæ præfixum, ſed omnia agentia habent quendam finem ſuæ actioni præfixum, nimirum bonum

Digitized by Google

aliquod, cuius gratia operantur, ergo agunt propter finem.

Probatur poſterior pars: creatura enim rationalis agit propter finem ſe ſe mouendo, & dirigendo ad ipſum finem, ita vt cognoſcat finem vt finis eſt, & media vt media ſunt.

Atqui hæc in creaturam rationalem duntaxat cadunt; ergo alio modo conuenit creaturæ rationali agere propter finem, quàm cæteris rebus.

Tertia propoſitio.

DEus non agit propter finem in actionibus ſuis immanentibus, agit verò in tranſeũtibus, nempe propter ſeipſum.

Probatur prior pars. Deum non agere propter finem in actionibus ſuis immanentibus, eſt actiones Dei immanentes nullum habere finem

Atqui actus Dei immanentes, non habent finem. probatur hęc minor: etenim finis eſt vera cauſa à qua dependet effectus, ſed actus Dei immanentes, qui ſunt ipſemet Deus, nullam agnoſcunt cauſam, alias inuoluerent dependentiam aliquam, quod fieri nō poteſt: ergo actus Dei immanentes non habent finem.

Probatur poſterior pars, nihil vetat, immò neceſſe eſt, actionibus Dei tranſeuntibus præfigi aliquem finem, quia ſunt creatæ, & in tempore factæ. Deinde cauſa finalis cēſetur omnium eſſe nobiliſſima, ergo Deus eſt cauſa finalis ſaltem reſpectu actionum trāſeuntium, & proinde in illis actionibus agit propter finem, nempè propter ſeipſum.

Digitized by Google

MEMBRVM SECVNDVM.

De diuiſione finis.

HÆc diuiſio toties occurit tractanda, vt eam impræſentiarum leuiſſimè dũtaxat attingamus, his tantùm propoſitis quæ ad rem maximè faciunt.

Primò igitur, diuiditur finis in finem faciendum qui ab agente fieri, & comparari debet, vt ſanitas reſpectu ægrotantis, & in finem obtinendum, qui præexiſtit actioni agentis, & tantum obtineri, non vero fieri dicitur, vt Deus optimus maximus.

Secundò diuiditur in finem formalem, & finem obiectiuum: finis formalis eſt ipſa agentis operatio: finis verò obiectiuus eſt obiectum circa quod verſatur agens per

actionem ſeu finem formalem.

Tertio diuiditur in finem vltimũ, & finem non vltimum: finis vltimus duplex eſt, vnus dicitur finis vltimus ſimpliciter, & is eſt ad quem cuncta vltimatè referũtur, vt Deꝰ: finis vltimus ſecundùm quid, ad quem ea omnia referuntur quæ ex aliqua certa intentione procedunt, vt eſt directio actionum humanarum reſpectu Philoſophiæ moralis, omnia enim ſua ſtudia qua Philoſophus eſt Moralis, refert ad directionem actionum humanarum, ſi enim ea aliò referat, id non præſtat quâ Philoſophus eſt moralis, ſed quâ aliam perſonam ſuſtinet.

MEM-

Digitized by Google

MEMBRVM TERTIVM.

De fine vltimo.

ROgabis primò, vtrum detur finis vltimus rerum omnium ſimpliciter.

Reſpondeo affirmatiuè, proboque: processus in infinitum etiam intentionis, & deſiderii reiiciendus eſt, at daretur progreſſus in infinitũ ſaltem intentionis, niſi daretur finis vltimus: voluntas enim, verbi gratia, quocumque obtento, ſemper aliquid aliud deſideraret, nec vnquam quieſceret, ergo id ne admittatur, concludendum eſt dari finem vltimum.

Rogabis ſecundò quomodo agens feratur in finem vltimũ. Reſpondeo ferri duobus modis, primò ex intentione actuali & expreſſa ipſius finis: ita vt de illo cogitans,

Digitized by Google

que, quod cuilibet rei cõuenit iuxta naturæ ſuæ conditionem, calor igni, frigus aquæ.

Aliæ diuiſiones ſi quæ ſint, à nobis in generalibus commentariis non prætermittentur.

MEMBRVM SECVNDVM.

De eſſentia Boni, ſeu in quo conſiſtat Boni eſſentia.

Prima propoſitio.

ESſentia bonitatis cõſiſtit in cõuenientia & congruitate. Probatur, ratio quare quodlibet bonũ, dicitur bonum, eſt ipſa conuenientia, vt patet inductione facta per omnia bona, ergo bonitas conſiſtit eſſentialiter in conueniẽtia & congruitate.

Obiicies, bonitas debet conſi-

ſtere in aliquo reali, atqui conuenientia eſt tãtùm denominatio externa petita ab aliquo extrinſeco, nempè à re, non quæ conueniens eſt, ſed cui conueniens eſt, vt patet ex eo quod res vna & eadẽ cenſeatur eſſe conueniens, & diſconueniẽs, verbi gratia, calor dicitur cõueniens igni, & aquæ diſcõueniẽs, ergo bonitas non conſiſtit in illa conuenientia.

Reſpondeo diſtinguendo maiorẽ, bonitas debet conſiſtere in aliquo reali, ſi eſſentia bonitatis adæquatè ſumatur, cõcedo, ſi inadęquatè, nego: At verò cùm volo eſſentiam bonitatis conſiſtere in cõuenientia, illud intelligendũ eſt de eſſentia bonitatis inadæquatè ſupta: proptereà quòd, vt rectè probat obiectio, cõuẽientia eſt denominatio tãtũ extrinſeca: bonitas verò eſt aliquid reale, cũ ſit id quod õnia appetũt, vnde

ſi ipſa bonitas adæquatè ſumatur, dico eam in re conuenienti & non in ſola conuenientia ſitam eſſe.

MEMBRVM TERTIVM,

De Affectionibus Boni.

PRima Boni proprietas eſt, quòd ſit ſui communicatiuum, & diffuſiuum.

Secunda, eaque magis præcipua eſt quòd ſit appetibile, de qua tria quæruntur: primum, an ſoli bono conueniat eſſe appetibile: ſecundum, an omni bono conueniat: tertium, quiſnam ſit ille appetitus quo res omnes feruntur in bonum.

Quod ergo ſpectat ad primum, Reſpondeo, voluntatem non poſſe aliquid appetere, quod neque re ipſa ſit bonum, neque ſpeciem quandam & vmbram boni emen-

tiatur. Probatur noſtra reſponſio: Appetitus fertur tantum in id quod eſt ſibi conueniens, vel æſtimat ſibi eſſe conueniens: At id ſolum eſt conueniens, vel exiſtimatur eſſe conueniens, quod eſt re, vel apparenter bonum, ergo, &c.

Quod ſpectat ad ſecundum; vtrum ſcilicet omni bono cōueniat eſſe appetibile, Reſpondeo affirmatiuè & probo, omne quod eſt congruum & conueniens alicui appetitui eſt appetibile: At omne bonum, vt patet ex eius definitione, eſt congruum & conueniens alicui appetitui; ergo omne bonum eſt appetibile.

Quod ſpectat ad tertium, notandum eſt duplicem eſſe appetitum, innatum vnum, alterum elicitum. Innatus eſt naturalis quædā inclinatio rei cuiuſlibet in id quod eſt ſibi cōueniēs: appetitus verò eli-

citus, vel eſt ipſa potentia appetens, vel ipſemet actus à facultate appetente elicitus. Rurſus appetitus elicitus duplex eſt, vnus rationalis, nimirum voluntas, alter ſenſitiuus. Iis ita conſtitutis.

Reſpondeo rem quam libet bonũ ſuum appetere pro ſtatu & conditione naturæ ſuæ, appetitu nimirũ rationali, ſeu voluntate, ſi fuerit rationis particeps; ſenſitiuo verò, ſi ſenſu prædita ſit: innato denique & naturali, ſi occurrat bonũ id in quod naturaliter res ipſa propendeat: Probatur hæc reſponſio: res quælibet iis tribus modis dumtaxat eſt appetibilis, vel per rationem, vt proſecutio virtutis, quæ tantum pertinet ad appetitum rationalem, vel eſt appetibilis per iudicium ſenſitiuum, vt delicatior cibus, voluptas, & hæc tantum cadunt ſub appetitum ſenſitiuum: vel denique

appetibilis eſt, quia eſt conueniens naturæ præcisè, vt lapidi eſſe in centro, igni eſſe in lunæ concauo, quæ propriè ſpectant ad innatum & naturalem appetitum: ergo res quælibet eſt appetibilis, vel rationali, vel ſenſitiuo, vel innato appetitu.

CAPVT SECVNDVM.

De Fine.

MEMBRVM PRIMVM.

De nomine, & exiſtentia Finis.

Finis apud Philoſophos dicitur ille qui terminat, ac veluti finit intentionem agentis, quemadmodũ terminus viæ dicitur eius finis, quia ab eo finitur, & terminatur via. Exiſtentia finis iis duabus propoſitionibus explicatur.

Digitized by Google

Prima propoſitio.

DAtur re vera finis, probatur: cauſa efficiens præſupponit finem, & ab eo dependet, quælibet enim illa debet finem aliquem ſibi proponere, at datur cauſa efficiens, vt patet ex forma, quæ virtute cauſę efficientis producitur in materia, ergo datur finis.

Secunda propoſitio.

OMnia agentia agunt propter finem, ſed alio modo id conuenit creaturæ rationali, quā aliis rebus.

probatur prior pars: agere propter finem, eſt habere finem actioni ſuæ præfixum, ſed omnia agentia habent quendam finem ſuæ actioni præfixum, nimirum bonum

aliquod, cuius gratia operantur, ergo agunt propter finem.

Probatur poſterior pars: creatura enim rationalis agit propter finem ſe ſe mouendo, & dirigendo ad ipſum finem, ita vt cognoſcat finem vt finis eſt, & media vt media ſunt.

Atqui hæc in creaturam rationalem duntaxat cadunt; ergo alio modo conuenit creaturæ rationali agere propter finem, quàm cæteris rebus.

Tertia propoſitio.

DEus non agit propter finem in actionibus ſuis immanentibus, agit verò in tranſeũtibus, nempe propter ſeipſum.

Probatur prior pars. Deum non agere propter finem in actionibus ſuis immanentibus, eſt actiones Dei immanentes nullum habere finem

Digitized by Google

Atqui actus Dei immanentes, non habent finem. probatur hęc minor: etenim finis eſt vera cauſa à qua dependet effectus, ſed actus Dei immanentes, qui ſunt ipſemet Deus, nullam agnoſcunt cauſam, alias inuoluerent dependentiam aliquam, quod fieri nõ poteſt: ergo actus Dei immanentes non habent finem.

Probatur poſterior pars, nihil vetat, immò neceſſe eſt, actionibus Dei tranſeuntibus præfigi aliquem finem, quia ſunt creatæ, & in tempore factæ. Deinde cauſa finalis cẽſetur omnium eſſe nobiliſſima, ergo Deus eſt cauſa finalis ſaltem reſpectu actionum trãſeuntium, & proinde in illis actionibus agit propter finem, nempè propter ſeipſum.

Digitized by Google

MEMBRVM SECVNDVM.

De diuiſione finis.

HÆc diuiſio toties occurit tractanda, vt eam impræſentiarum leuiſſimè dũtaxat attingamus, his tantùm propoſitis quæ ad rem maximè faciunt.

Primò igitur, diuiditur finis in finem faciendum qui ab agente fieri, & comparari debet, vt ſanitas reſpectu ægrotantis, & in finem obtinendum, qui præexiſtit actioni agentis, & tantum obtineri, non vero fieri dicitur, vt Deus optimus maximus.

Secundò diuiditur in finem formalem, & finem obiectiuum: finis formalis eſt ipſa agentis operatio: finis verò obiectiuus eſt obiectum circa quod verſatur agens per

MEMBRVM TERTIVM.
De fine vltimo.

ROgabis primò, vtrum detur finis vltimus rerum omnium ſimpliciter.

Reſpondeo affirmatiuè, proboque: processus in infinitum etiam intentionis, & deſiderii reiiciendus eſt, at daretur progreſſus in infinitũ ſaltem intentionis, niſi daretur finis vltimus: voluntas enim, verbi gratia, quocumque obtento, ſemper aliquid aliud deſideraret, nec vnquam quieſceret, ergo id ne admittatur, concludendum eſt dari finem vltimum.

Rogabis ſecundò quomodo agens feratur in finem vltimũ. Reſpondeo ferri duobus modis, primò ex intentione actuali & expreſſa ipſius finis: ita vt de illo cogitans,

Digitized by Google

propter ipſum operetur. Secundò implicitè & interpretatiuè, cũ nihil de fine vltimo cogitans ita tamẽ ſe gerit, vt eius actionem ad Deum referre, interpretari poſſimus, vel quia decreuit omnes ſuas actiones referri ad Deum, vel ſi non decreuit, exercet tamen actionem honeſtam, quæ naturâ ſuâ refertur ad Deum.

Rogabis tertiò, quotuplex ſit finis vltimus. Reſpõdeo vnicũ eſſe finẽ vltimum: verùm plures tamen eſſe apparentes, qui plenitudinem perfectionis oculis falſò ſubiiciunt.

Rogabis quartò, an homo quicquid boni vel mali agit, agat propter finem vltimum. Reſpondeo hominẽ quidquid agit, agere propter finẽ in cõmuni, ſed non in particulari

Prior pars reſponſionis probatur: Quidquid agit homo, illud agit ſaltem implicitè propter finem ali-

Digitized by Google

quem, primum in intentione, nimirùm, vel verum, vel apparentem; & qui ad alium vlteriorem non referatur: ergo quidquid agit homo, illud agit propter finem vltimum in communi.

Probatur poſterior pars reſponſionis: Non enim homo habet hūc finem vltimum, nempe Deum præfixū omnibus ſuis actionibus, aliàs numquam peccaret, ergo non omnia agit propter finem vltimum in particulari.

Rogabis vltimò, an vnus & idem homo poſſit habere plures vltimos fines perfectos & adæquatos.

Reſpondeo, poſſe diuerſo tempore, ſed non eodem. Probatur prior pars reſponſionis. Poteſt idem homo diuerſo tempore eſſe iuſtus, & peccator: ſed quatenus iuſtus, habet Deum tanquam finem adæquatum, quatenus verò peccator

habet creaturam; ergo poteſt homo diuerſo tempore plures habere fines vltimos perfectos & adæquatos.

Probatur poſterior pars, de ratione finis vltimi adæquati eſt, vt propter ſeipſum expetatur, & propter ipſum cætera, ſed non poſſunt dari multa bona completa à ſe inuicem diſtincta, quæ ſingula propter ſe ipſa expetantur, & propter ipſa, cætera: nam ex ſuppoſitione, vnũ bonum quod etiam eſſet finis vltimus completus, non expeteretur propter aliud, ergo nec poſſũt dari multi fines vltimi completi reſpectu vnius & eiuſdem hominis eodem tempore.

Digitized by Google

MEMBRVM QVARTVM.

De finis eſſentia.

QVæritur primò definitio finis. Reſpondeo hanc communiter aſſignari ex ipſo Ariſtotele, finis eſt id cuius gratia aliquid fit, & ad quod tendit ipſa agentis operatio.

Quæritur ſecundo vtrum finis ſit cauſa realis, etiam ſi in rerum natura non exiſtat.

Reſpondeo affirmatiue, proboque: cauſa realis dicitur, quæ realiter cauſat: Atqui finis etiam ſi non exiſtat, dummodo tamen ab intellectu apprehendatur, realiter cauſat, nam vere, & de facto mouet agens ad agendum, ergo finis eſt cauſa realis.

Quæritur tertio radix; & fun-

Digitized by Google

citus, vel eſt ipſa potentia appetens, vel ipſemet actus à facultate appetente elicitus. Rurſus appetitus elicitus duplex eſt, vnus rationalis, nimirum voluntas, alter ſenſitiuus. Iis ita conſtitutis.

Reſpondeo rem quamlibet bonũ ſuum appetere pro ſtatu & conditione naturæ ſuæ, appetitu nimirũ rationali, ſeu voluntate, ſi fuerit rationis particeps; ſenſitiuo verò, ſi ſenſu prædita ſit: innato denique & naturali, ſi occurrat bonũ id in quod naturaliter res ipſa propendeat: Probatur hæc reſponſio: res quælibet iis tribus modis dumtaxat eſt appetibilis, vel per rationem, vt proſecutio virtutis, quæ tantum pertinet ad appetitum rationalem, vel eſt appetibilis per iudicium ſenſitiuum, vt delicatior cibus, voluptas, & hæc tantum cadunt ſub appetitum ſenſitiuum: vel denique

appetibilis eſt, quia eſt conueniens naturæ præcisè, vt lapidi eſſe in centro, igni eſſe in lunæ concauo, quæ propriè ſpectant ad innatum & naturalem appetitum: ergo res quælibet eſt appetibilis, vel rationali, vel ſenſitiuo, vel innato appetitu.

CAPVT SECVNDVM.

De Fine.

MEMBRVM PRIMVM.

De nomine, & exiſtentia Finis.

FInis apud Philoſophos dicitur ille qui terminat, ac veluti finit intentionem agentis, quemadmodũ terminus viæ dicitur eius finis, quia ab eo finitur, & terminatur via. Exiſtentia finis iis duabus propoſitionibus explicatur.

Digitized by Google

Prima propoſitio.

DAtur re vera finis, probatur: cauſa efficiens præſupponit finem, & ab eo dependet, quælibet enim illa debet finem aliquem ſibi proponere, at datur cauſa efficiens, vt patet ex forma, quæ virtute cauſę efficientis producitur in materia, ergo datur finis.

Secunda propoſitio.

OMnia agentia agunt propter finem, ſed alio modo id conuenit creaturæ rationali, quā aliis rebus.

probatur prior pars: agere propter finem, eſt habere finem actioni ſuæ præfixum, ſed omnia agentia habent quendam finem ſuæ actioni præfixum, nimirum bonum

aliquod, cuius gratia operantur, ergo agunt propter finem.

Probatur poſterior pars: creatura enim rationalis agit propter finem ſe ſe mouendo, & dirigendo ad ipſum finem, ita vt cognoſcat finem vt finis eſt, & media vt media ſunt.

Atqui hæc in creaturam rationalem duntaxat cadunt; ergo alio modo conuenit creaturæ rationali agere propter finem, quàm cæteris rebus.

Tertia propoſitio.

DEus non agit propter finem in actionibus ſuis immanentibus, agit verò in tranſeũtibus, nempe propter ſeipſum.

Probatur prior pars. Deum non agere propter finem in actionibus ſuis immanentibus, eſt actiones Dei immanentes nullum habere finem

Digitized by Google

Atqui actus Dei immanentes, non habent finem. probatur hęc minor: etenim finis eſt vera cauſa à qua dependet effectus, ſed actus Dei immanentes, qui ſunt ipſemet Deus, nullam agnoſcunt cauſam, alias inuoluerent dependentiam aliquam, quod fieri nō poteſt: ergo actus Dei immanentes non habent finem.

Probatur poſterior pars, nihil vetat, immò neceſſe eſt, actionibus Dei tranſeuntibus præfigi aliquem finem, quia ſunt creatæ, & in tempore factæ. Deinde cauſa finalis cēſetur omnium eſſe nobiliſſima, ergo Deus eſt cauſa finalis ſaltem reſpectu actionum trāſeuntium, & proinde in illis actionibus agit propter finem, nempè propter ſeipſum.

Digitized by Google

MEMBRVM SECVNDVM.

De diuiſione finis.

HÆc diuiſio toties occurit tractanda, vt eam impræſentiarum leuiſſimè dũtaxat attingamus, his tantùm propoſitis quæ ad rem maximè faciunt.

Primò igitur, diuiditur finis in finem faciendum qui ab agente fieri, & comparari debet, vt ſanitas reſpectu ægrotantis, & in finem obtinendum, qui præexiſtit actioni agentis, & tantum obtineri, non vero fieri dicitur, vt Deus optimus maximus.

Secundò diuiditur in finem formalem, & finem obiectiuum: finis formalis eſt ipſa agentis operatio: finis verò obiectiuus eſt obiectum circa quod verſatur agens per

MEMBRVM TERTIVM.

De fine vltimo.

ROgabis primò, vtrum detur finis vltimus rerum omnium ſimpliciter.

Reſpondeo affirmatiuè, proboque: processus in infinitum etiam intentionis, & deſiderii reiiciendus eſt, at daretur progreſſus in infinitũ ſaltem intentionis, niſi daretur finis vltimus: voluntas enim, verbi gratia, quocumque obtento, ſemper aliquid aliud deſideraret, nec vnquam quieſceret, ergo id ne admittatur, concludendum eſt dari finem vltimum.

Rogabis ſecundò quomodo agens feratur in finem vltimũ. Reſpondeo ferri duobus modis, primò ex intentione actuali & expreſſa ipſius finis: ita vt de illo cogitans,

Digitized by Google

propter ipſum operetur. Secundò implicitè & interpretatiuè, cũ nihil de fine vltimo cogitans ita tamẽ ſe gerit, vt eius actionem ad Deum referre, interpretari poſſimus, vel quia decreuit omnes ſuas actiones referri ad Deum, vel ſi non decreuit, exercet tamen actionem honeſtam, quæ naturâ ſua refertur ad Deum.

Rogabis tertiò, quotuplex ſit finis vltimus. Reſpõdeo vnicũ eſſe finẽ vltimum: verùm plures tamen eſſe apparentes, qui plenitudinem perfectionis oculis falſò ſubiiciunt.

Rogabis quartò, an homo quicquid boni vel mali agit, agat propter finem vltimum. Reſpondeo hominẽ quidquid agit, agere propter finẽ in cõmuni, ſed non in particulari

Prior pars reſponſionis probatur: Quidquid agit homo, illud agit ſaltem implicitè propter finem ali-

Digitized by Google

quem, primum in intentione, nimirùm, vel verum, vel apparentem; & qui ad alium vlteriorem non referatur: ergo quidquid agit homo, illud agit propter finem vltimum in communi.

Probatur poſterior pars reſponſionis: Non enim homo habet hũc finem vltimum, nempe Deum præfixũ omnibus ſuis actionibus, aliàs numquam peccaret, ergo non omnia agit propter finem vltimum in particulari.

Rogabis vltimò, an vnus & idem homo poſſit habere plures vltimos fines perfectos & adæquatos.

Reſpondeo, poſſe diuerſo tempore, ſed non eodem. Probatur prior pars reſponſionis. Poteſt idem homo diuerſo tempore eſſe iuſtus, & peccator: ſed quatenus iuſtus, habet Deum tanquam finem adæquatum, quatenus verò peccator

Digitized by Google

MEMBRVM QVARTVM.

De finis eſſentia.

QVæritur primò definitio finis. Reſpondeo hanc communiter aſſignari ex ipſo Ariſtotele, finis eſt id cuius gratia aliquid fit, & ad quod tendit ipſa agentis operatio.

Quæritur ſecundo vtrum finis ſit cauſa realis, etiam ſi in rerum natura non exiſtat.

Reſpondeo affirmatiue, proboque: cauſa realis dicitur, quæ realiter cauſat: Atqui finis etiam ſi non exiſtat, dummodo tamen ab intellectu apprehendatur, realiter cauſat, nam vere, & de facto mouet agens ad agendum, ergo finis eſt cauſa realis.

Quæritur tertio radix; & fun-

damentum quare finis moueat: reſpondeo eſſe eiuſdem bonitatem & conuenientiam, probatur: idem eſt fundamentum cur moueat finis, & cur expetatur; at radix & fundamentum quare expetatur finis, eſt eius bonitas, ergo etiam fundamẽtum quare moueat eſt ipſa eius bonitas.

Quæritur quartò, per quid bonitas illa finis mouet appetitum. Reſpondetur mouere per ſuum eſſe reale poſſibile, non verò obiectiuũ. Probatur, per illud finis mouet appetitum cuius gratia finis deſideratur, ſed finis deſideratur ratione ſuę entitatis realis poſſibilis, & nondum acquiſitæ, non verò ratione apprehenſionis noſtræ; ſeu quia nobis obiicitur, ergo finis mouet volũtatem ſecundum ſuũ eſſe reale, non verò obiectiuum.

Digitized by Google

Quæres vltimò, an eſſe obiectinum, finis, ſeu an cognitio finis ſit conditio ſine qua realis ipſius finis entitas non moueret appetitum.

Reſpondeo affirmatiuè, & probo, voluntas nō fertur in incognitum, ergo vt voluntas feratur in finē, ſeu vt finis moueat voluntatem, debet præcedere cognitio finis.

CAPVT PRIMVM.

De Beatitudine.

MEMBRVM PRIMVM.

De nomine, exiſtentiæ, & diuiſione Beatitudinis.

BEatitudo ita definiturà Boëtio, Vt ſit, *Statu*s omnium bonorum aggregatione perfectus.

Eam dari demonſtratur appetitu

Digitized by Google

illo quo quilibet felicitatem proſequitur.

Diuiditur primo in obiectiuam, & formalem : formalis eſt fruitio, ſeu actio qua fruitur quis beatitudine, qualis eſt viſio illa quam beati circa Deum exercent : Obiectiua verò eſt obiectum, quo fruitur beatus, vt Deus.

Diuiditur ſecundo in naturalem, & ſupernaturalem.

Naturalis (quæ ſic nuncupatur, quia naturæ viribus acquiri poteſt) duplex eſt : vna ſpeculatiua, quæ in ſpeculatione Dei, quatenus cognoſci poteſt viribus naturæ, conſiſtit : altera practica, quæ conſiſtit in amore Dei, quatenus per naturam obtineri poteſt.

Supernaturalis item, quæ ſpecialiſſimo duntaxat Dei beneficio cõparatur, duplex eſt, vna huius vitæ, quæ cõſiſtit in actibus fidei, ſpei, &

Digitized by Google

charitatis : altera eſt vitæ futurę, quæ in viſione Dei, & eiuſdem amore ſita eſt.

MEMBRVM SECVNDVM.

De natura & eſſentia Beatitudinis.

Rogabis primo, in quo conſiſtat beatitudo obiectiua.

Reſpondeo in ſolo Deo conſiſtere, & probo, in illo ſollo bono conſiſtit beatitudo quod ſitim explet, & per ſe expetitur. Atqui ſolus Deus ſitim explet, & per ſe expetitur, non autem voluptas, honor, diuitiæ & alia id genus bona, variis fortunæ viciſſitudinibus obnoxia: ergo beatitudo obiectiua in ſolo Deo conſiſtit, ſiue ſermo ſit de beatitudine naturali obiectiua, ſiue ſupernaturali.

Rogabis ſecundo, in quo conſi-

Digitized by Google

ſtat ſupernaturalis beatitudo formalis vitæ futuræ.

Reſpondeo cum diſtinctione, eſſentialem in ſolo actu intellectus conſiſtere: aggregatam verò ex eſſentiali & accidentali etiã in actibus voluntatis, amore nimirum ipſius Dei, & delectatione ſitam eſſe.

Prior pars reſponſionis probatur, poſterior enim probatione non indiget. In eo ſolo beatitudo eſſẽtialis conſiſtit, quo remanẽte cæteris ſublatis intelligitur eſſe beatitudo eſſentialis, Atqui remanente ſolo actu intellectus, viſione ſcilicet Dei etiam ſi cætera deſiderentur, intelligitur eſſe beatitudo eſſẽtialis, ergo beatitudo eſſentialis in ſolo actu intellectus conſiſtit, maior patet, minor probatur.

Sola remanente viſione, poteſt Deus impedire per ſubſtractionem concurſus, omnes actiones volun-

tatis beati: ergo poteſt aliquis eſſe beatus eſſētialiter cum ſola viſione Dei.

In primo ſequitur beatitudinem formalem non eſſe aliquid increatum, putà viſionem illam, qua De⁹ ſeipſum intuetur, neque etiam eſſe illapſum illum quo Deus animam beati perfectiſſimè peruadit: hæc enim non propriè inhærent beato, nec illum realiter mutant, quod tamē requiritur ad beatitudinem propriè ſumptam.

Sequitur ſecundò hanc beatitudinem non eſſe ſubſtātiam, aut potentiam naturalem, aut aliquē habitum ipſi potentiæ inhærentem, cùm hæc omnia in dormientibus reperiantur, qui vt ſic beatitudine frui nequeunt.

Digitized by Google

MEMBRVM TERTIVM.

De Affectionibus Beatitudinis.

ROgabis primo vtrum rectitudo voluntatis antecedenter ſe habere debeat ad beatitudinem, ſeu vt clarius, dicam, nullus beatitudinem conſequatur, niſi priùs fuerit ab omni reatu & obliquitate peccati liberatus.

Reſpondeo affirmatiue, proboque ex illo Apocalypſis vigeſimo primo. In regnum cælorum coinquinatum nuſquam introibit: ergo non ante quis beatitudinem conſequetur, quàm ab omni peccati macula fuerit expurgatus.

Rogabis ſecundo, an beati à Deo deflectere, & peccatum committere poſſint.

Reſpondeo negatiué & probo-

Nemo poteſt ſe deflectere ab obiecto quod proponitur, vt includens omnem rationem boni, & excludens omnem rationem mali: atqui Deus hoc modo proponitur beatis, ergo à DEO deflectere non poſſunt, & proinde non poſſunt peccare.

Rogabis tertio, vtrum habeant beati ſecuritatem de perennitate ſuæ beatitudinis.

Reſpondeo affirmatiuè, aliàs enim beati nō eſſent perfecte quieti, ſed timorem quendam de ſtatu felicitatis conciperēt: at quæ ſit radix talis ſecuritatis, dubitatur.

Reſpondemus tamen cum Scoto eſſe ipſam reuelationem quam habent à Deo beati de perennitate beatitudinis ſuæ.

Rogabis vltimo, vtrum beatitudo animæ redundet in corpus.

Reſpondeo affirmatiuē, & pro-

bo: quod concurrit ad meritũ beatitudinis cum anima, debet cum eadem eſſe particeps beatitudinis: at corpus concurrit cum anima ad tale meritum: ergo cum eadem debet participare beatitudinem.

Cæterùm, corpus beatitudinis particeps erit, ſi quatuor has dotes claritatem nimirum, impaſſibilitatem, agilitatem, ſubtilitatem conſecutus fuerit.

Digitized by Google

PARS SECVNDA HVIVS COMPEMDIARIAE institutionis.

De principijs actionum humanarum, intellectu ſcilicet, & voluntate, actionibus humanis & perturbationibus animæ.

CAPVT PRIMVM.

De Intellectu & Voluntate.

MEMBRVM PRIMVM. ET SECVNDVM.

De Nomine, Exiſtentia, & Eſſentiā Intellectus, & Voluntatis.

Nomine Intellectus, ſi latè vſurpetur, omnis ſpiritalis potētia & proinde voluntas, & memoria

Digitized by Google

intellectualis ſignificantur.

Propriè tamen loquendo, diſcrimen intercedit inter Intellectũ & Voluntatem, Intellectus enim ordinatur ad verum: Voluntas verò ad bonum.

Exiſtere Intellectum & Voluntatem omnes vnanimi conſenſu fatentur.

Rogabis ergò primò, quæ ſit Intellectus & Voluntatis definitio.

Reſpondeo, ita intellectum deo finiri, vt ſit facultas ſpiritalis animæ rationalis circa intelligibile occupata: voluntatis verò hanc definitionem aſſignari; voluntas eſt facultas ſpiritalis animæ rationalis circa bonum occupata.

Rogabis ſecundò, an Voluntas vere & propriè ſit libera pro vt liberum tale eſt, vt omnibus ad agendum requiſitis præſuppoſitis, poſſit agere, vel non agere.

Digitized by Google

Reſpondeo liberam eſſe, vt ex eo facile conſtat, quod inſtituantur leges, præmia, & pœnæ proponantur, vt voluntas ad bonum moueatur: à malo vero diuertatur, quæ omnia ridicula haberentur ſi volũtas ad vnum determinata eſſet: ita vt vel bonum, vel malũ neceſſario amplecteretur.

Rogabis ſecundo, vtrum voluntas ſit libera, vel libertate cõtrarietatis, vel contradictionis.

Reſpondeo primo, non eſſe liberam libertate contrarietatis, & probo. Quod eſt liberum libertate contrarietatis, debet poſſe proſequi bonum, vt bonum eſt, & malum, vt malum eſt: atqui voluntas non poteſt proſequi malum, vt malum eſt: ergo non eſt libera libertate contrarietatis.

Reſpondeo ſecundo, non eſſe liberam libertate contradictionis.

[illegible]

[illegible] hominis,

[illegible] con-

[illegible] vel

[illegible] hypotheſi

[illegible] nam in

[illegible] depre-

[illegible] ergo vo-

[illegible] ſecundum

[illegible] po-

[illegible] con-

[illegible]

[illegible] volunta-

[illegible] contra-

[illegible] crea-

[illegible] comple-

[illegible] ta-

[illegible] libertas

[illegible] vel-

[illegible] volun-

[illegible] bo-

[illegible] in ſe non

complectitur omnẽ rationem bonitatis, ergo, &c. Maior patet, minor probatur ex eo quod voluntas in abſentia illius actus quo appetitur tale bonum creatum, poteſt deprehendere aliquam rationem bonitatis.

MEMBRVM TERTIVM.

De Affectionibus Intellectus, & Voluntatis.

HÆc vna eſt impræſentiarum intellectus proprietas, quod moueat voluntatem: voluntatis verò prima proprietas eſt, quod ſemper in bonum feratur.

Secunda, quod eodem actu efficaci velit finem; & ipſa media ſaltem virtualiter & interpretatiuè quatenus volitio mediorũ includi-

ſtat ſupernaturalis beatitudo formalis vitæ futuræ.

Reſpondeo cum diſtinctione, eſſentialem in ſolo actu intellectus conſiſtere: aggregatam verò ex eſſentiali & accidentali etiã in actibus voluntatis, amore nimirum ipſius Dei, & delectatione ſitam eſſe.

Prior pars reſponſionis probatur, poſterior enim probatione non indiget. In eo ſolo beatitudo eſſẽtialis conſiſtit, quo remanẽte cæteris ſublatis intelligitur eſſe beatitudo eſſentialis, Atqui remanente ſolo actu intellectus, viſione ſcilicet Dei etiam ſi cætera deſiderentur, intelligitur eſſe beatitudo eſſẽtialis, ergo beatitudo eſſentialis in ſolo actu intellectus conſiſtit, maior patet, minor probatur.

Sola remanente viſione, poteſt Deus impedire per ſubſtractionem concurſus, omnes actiones volun-

Digitized by Google

tatis beati: ergo poteſt aliquis eſſe beatus eſſẽtialiter cum ſola viſione Dei.

In primo ſequitur beatitudinem formalem non eſſe aliquid increatum, putà viſionem illam, qua Deꝰ ſeipſum intuetur, neque etiam eſſe illapſum illum quo Deus animam beati perfectiſſimè peruadit: hæc enim non propriè inhærent beato, nec illum realiter mutant, quod tamẽ requiritur ad beatitudinem propriè ſumptam.

Sequitur ſecundò hanc beatitudinem non eſſe ſubſtãtiam, aut potentiam naturalem, aut aliquẽ habitum ipſi potentiæ inhærentem, cùm hæc omnia in dormientibus reperiantur, qui vt ſic beatitudine frui nequeunt.

Digitized by Google

MEMBRVM TERTIVM.

De Affectionibus Beatitudinis.

ROgabis primo vtrum rectitudo voluntatis antecedenter ſe habere debeat ad beatitudinem, ſeu vt clarius, dicam, nullus beatitudinem conſequatur, niſi priùs fuerit ab omni reatu & obliquitate peccati liberatus.

Reſpondeo affirmatiue, proboque ex illo Apocalypſis vigeſimo primo. In regnum cælorum coinquinatum nuſquam introibit: ergo non ante quis beatitudinem conſequetur, quàm ab omni peccati macula fuerit expurgatus.

Rogabis ſecundo, an beati à Deo deflectere, & peccatum committere poſſint.

Reſpondeo negatiuè & probo-

Nemo poteſt ſe deflectere ab obiecto quod proponitur, vt includens omnem rationem boni, & excludens omnem rationem mali: atqui Deus hoc modo proponitur beatis, ergo à Deo deflectere non poſſunt, & proinde non poſſunt peccare.

Rogabis tertio, vtrum habeant beati ſecuritatem de perennitate ſuæ beatitudinis.

Reſpondeo affirmatiuè, aliàs enim beati nō eſſent perfectè quieti, ſed timorem quendam de ſtatu felicitatis conciperēt: at quæ ſit radix talis ſecuritatis, dubitatur.

Reſpondemus tamen cum Scoto eſſe ipſam reuelationem quam habent à Deo beati de perennitate beatitudinis ſuæ.

Rogabis vltimo, vtrum beatitudo animæ redundet in corpus.

Reſpondeo affirmatiuē, & pro-

Digitized by Google

bo: quod concurrit ad meritũ beatitudinis cum anima, debet cum eadem eſſe particeps beatitudinis: at corpus concurrit cum anima ad tale meritum: ergo cum eadem debet participare beatitudinem.

Cæterùm, corpus beatitudinis particeps erit, ſi quatuor has dotes claritatem nimirum, impaſſibilitatem, agilitatem, ſubtilitatem conſecutus fuerit.

Digitized by Google

PARS SECVNDA HVIVS COMPEMDIARIAE inſtitutionis.

De principijs actionum humanarum, intellectu ſcilicet, & voluntate, actionibus humanis & perturbationibus animæ.

CAPVT PRIMVM.

De Intellectu & Voluntate.

MEMBRVM PRIMVM. ET SECVNDVM.

De Nomine, Exiſtentia, & Eſſentia Intellectus, & Voluntatis.

Nomine Intellectus, ſi latè vſurpetur, omnis ſpiritalis potētia & proinde voluntas & memoria

intellectualis ſignificantur.

Propriè tamen loquendo, diſcrimen intercedit inter Intellectũ & Voluntatem; Intellectus enim ordinatur ad verum: Voluntas verò ad bonum.

Exiſtere Intellectum & Voluntatem omnes vnanimi conſenſu fatentur.

Rogabis ergò primò, quæ ſit Intellectus & Voluntatis definitio.

Reſpondeo, ita intellectum deo finiri, vt ſit facultas ſpiritalis animæ rationalis circa intelligibile occupata: voluntatis verò hanc definitionem aſſignari; voluntas eſt facultas ſpiritalis animæ rationalis circa bonum occupata.

Rogabis ſecundò, an Voluntas vere & propriè ſit libera pro vt liberum tale eſt, vt omnibus ad agendum requiſitis præſuppoſitis, poſſit agere, vel non agere.

Digitized by Google

Reſpondeo liberam eſſe, vt ex eo facile conſtat, quod inſtituantur leges, præmia, & pœnæ proponantur, vt voluntas ad bonum moueatur: à malo vero diuertatur, quæ omnia ridicula haberentur ſi volũtas ad vnum determinata eſſet: ita vt vel bonum, vel malũ neceſſario amplecteretur.

Rogabis ſecundo, vtrum voluntas ſit libera, vel libertate cõtrarietatis, vel contradictionis.

Reſpondeo primo, non eſſe liberam libertate contrarietatis, & probo. Quod eſt liberum libertate contrarietatis, debet poſſe proſequi bonum, vt bonum eſt, & malum, vt malum eſt: atqui voluntas non poteſt proſequi malum, vt malum eſt: ergo non eſt libera libertate contrarietatis.

Reſpondeo ſecundo, non eſſe liberam libertate contradictionis

circa bonum ſibi propoſitũ ſecundum omnem rationem bonitatis, & probo: id in quo eſt libertas contradictionis debet poſſe agere, vel non agere: at voluntas in hypotheſi facta non poteſt non agere, nam in tali actus ſuſpẽſione nullam deprehendit rationem boni, ergo voluntas circa bonum ſibi ſecundum omnem rationem bonitatis propoſitum, non eſt libera libertate contradictionis,

Reſpondeo vltimò, voluntatem eſſe liberam libertate contradictionis circa omne bonum creatum, & quod in ſe non complectitur omnem rationem bonitatis, probo in voluntate eſt libertas contradictionis, quando poteſt velle & non velle: At poteſt voluntas velle & non velle quodlibet bonum creatum quod in ſe non

complectitur omnẽ rationem bonitatis, ergo, &c. Maior patet, minor probatur ex eo quod voluntas in abſentia illius actus quo appetitur tale bonum creatum, poteſt deprehendere aliquam rationem bonitatis.

MEMBRVM TERTIVM.

De Affectionibus Intellectus, & Voluntatis.

HÆc vna eſt impræſentiarum intellectus proprietas, quod moueat voluntatem: voluntatis verò prima proprietas eſt, quod ſemper in bonum feratur.

Secunda, quod eodem actu efficaci velit finem; & ipſa media ſaltem virtualiter & interpretatiuè quatenus volitio mediorũ includi-

Digitized by Google

tur in efficaci volitione finis.

Tertia affectio voluntatis, eſt moueri ab intellectu.

Quarta eſt, quod alias potentias ad agendum applicet ipſis, imperando.

Rogabis primo, quid ſit intellectum mouere voluntatem.

Reſpondeo nihil aliud eſſe, quam intellectum voluntati ſuadere, proponendo non tantum naturam obiecti ſpeculatiue, ſed exhibendo pariter talis obiecti bonitatem & conuenientiam, nam non ſufficit vt proponatur dumtaxat obiectum, verbi gratia, virtus, vt eã voluntas proſequatur, ſed debet proponi ſub ratione conuenientis, ſiue conditionate, ſi velimus, verbi gratia, vitam æternã conſequi, ſiue abſolute nulla facta conditione.

Vbi obiter notandum intellectum ſic mouentem voluntatem

non concurrere efficienter ad actus voluntatis, ſiue quoad ſpecificationem, id eſt, vt actus ſint talis ſpeciei, verbi gratia, iuſtitiæ, vel fortitudinis: vel quo ad exercitium, id eſt, vt nimirum de facto exerceantur, & facile id probatur, nam actus intellectus nullo horum modorum eſt cauſa efficiens actus voluntatis; ergo intellectum mouere voluntatem non eſt eum concurrere efficienter ad actum voluntatis.

Rogabis ſecundo, an voluntas facta illa practica virtutis propoſitione maneat indifferẽs circa talẽ virtutem.

Reſpondeo, eo ſenſu manere liberam, quatenus poteſt ſe cohibere ab amplectenda virtute, & poſtea vbi nouum intellectus iudicium aduenieт, ſe ad vnam potiùs quàm ad alteram partẽ conuertere.

Digitized by Google

Rogabis tertio, à quibus moueatur voluntas.

Reſpondeo primò, moueri ab intellectu. Secundò, ab appetitu ſenſitiuo, ſed tantùm indirectè, & remotè, quatenus ſenſitiuus appetitus efficit, vt alio modo ex hibeatur intellectui obiectum, & deinde ipſi voluntati proponatur. Tertiò ab aliquo exteriori, Deo ſcilicet obiecto, & corpore cœleſti, ſed tantùm moraliter, non verò phyſicè Quartò, voluntatem à ſeipſa moueri, quatenus, verbi gratia, ex volitione finis mouetur voluntas ad electionem mediorum.

Rogabis quartò, an voluntas moueat alias potentias, quoad ſpecificationem actuum.

Reſpondeo negatiuè, & probo: ſpecies actuum aliarum facultatum, non petuntur à voluntate, ſed à principiis, à quibus proficiſcun-

tur, & ab obiectis, mouet, tamen voluntas quaſdam facultates quoad exercitium quorumdam actuum, non tamen omnium : vt plurimum enim imperante voluntate intelligimus, deambulamus, & cætera munia obimus. Dixi, quorumdam actuum : nam facultates aliæ poſſunt multos actus exercere ſine imperio voluntatis, immo dantur multæ facultates quæ eius imperio non ſubiacent, vt potentia nutritiua & augmentatiua : nutrimur enim & creſcimus inter dormiendum ſine vlla motione voluntatis.

Rogabis ſextò, quodnam imperium exerceat voluntas circa alias facultates illas mouendo.

Reſpondeo, exercere imperium deſpoticum, ſeu herile, circa intellectū & externa membra corporis, putà caput, manus, & cætera

Politicum verò & Ciuile circa internos ſenſus phantaſiam, imaginatiuam, ſenſum communem, & appetitum ſenſitiuum. Probatur prior pars, imperium deſpoticum, ſeu herile, dicitur, cùm facultas obſequens imperanti non repugnat, ſed ei facili negotio paret: atque intellectus & interna membra, quæ sũt facultates obſequentes, non reſiſtunt volũtati, ſed facili negotio ei obtemperant, ad voluntatis enim nutum intellectus, nunc in praxi, nunc in theoria occupatur, membra verò noſtra ad eiuſdem voluntatis imperiũ dirigimus, caput verbi gratia, attollimus, manus iungimus, ergo, &c.

Probatur poſterior pars, imperium politicum dicitur, cùm facultas obſequens imperanti ſolet reſiſtere, aut difficili negotio ipſi obtemperat: Atqui res ita ſe habet de

ſenſibus

Digitized by Google

ſenſibus internis, vt experientia comprobatur: ergo, &c.

CAPVT SECVNDVM.

De Actionibus humanis.

MEMBRVM PRIMVM.

De illis generatim.

NOmine actionũ humanarum interdum eas omnes actiones quæ ab homine proficiſcuntur intelligimus, etiam ſi nec eliciantur nec imperentur à voluntate, ſtrictè tamen & propriè actiones humanæ ſignificant actus, qui vel eliciuntur, vel imperantur à voluntate.

Actus à voluntate eliciti exiſtentia abundè conſtat ex diuiſione illa qua diuiditur in liberum, & in neceſſarium, vt taceam alias diui-

ſiones, de quibus infrà.

Eſſentia eius partim explicata eſt, partim verò explicabitur, Duæ ergo præcipuæ proprietates ſuperſunt explicandæ, nimirùm bonitas, & malitia: quod vt clarius fiat, repetendum eſt ex dictis ſupra, duplicem eſſe bonitatem, vnam entitatiuam, aliam moralem: & proinde obiectum, id eſt, id circa quod actio verſatur, dupliciter poſſe dici bonum, primò entitatiuè, quia eſt res aliqua; ſecundò moraliter, quia eſt id, circa quod aliqua actio ex præſcripto rectæ rationis debet verſari: hoc propoſito.

Rogabis primo, ſub quanam conſideratione obiectum actionis humanæ bonitatem moralem impertiatur.

Reſpondeo impertiri ratione bonitatis ſuæ moralis, non verò

entitatiuæ, & ratio eſt, à bonitate enim morali obiecti, non verò entitatiua habet actio quod ſit cõformis rectæ rationi, ergo quod ſit bona moraliter.

Rogabis ſecundo, an actiones bonę moraliter accipiant ſuam bonitatem moralem, malæ verò malam à circunſtantiis.

Reſpondeo affirmatiué & probo, ſicut enim actio bona ratione alicuius circumſtantiæ maiorem habet bonitatem, verbi gratia, actus pudicitiæ, quia exercetur propter amorem Dei; ita actio mala interdum habet à circumſtantiis, vel peculiarem repugnantiã cum recta ratione, præter eam quæ eſt obiecti, vel ſaltem maiorem, v. g. actus furandi in loco ſacro habet repugnãtiã cum recta ratione diuerſam ab ea quæ eſt propria ipſius furti propter hãc cir-

Digitized by Google

cu m ſtantiam, quod fiat nimirùm in loco ſacro, & hæc circumſtantia aliæque ſimiles, mutāt ſpeciē peccati: circumſtantia vero qua quis ſurripit rem maioris pretii, tantum auget malitiam peccati: eius vero naturam non mutat. Cæterùm vt faciliùs circumſtantiæ nobis innoteſcerent, hoc verſiculo, cuius explicationem habes in generalibus commentariis, expreſſæ ſunt.

Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

MEMBRVM SECVNDVM

De actionibus humanis in particulari, & primo de actione voluntaria, & inuoluntaria.

ACtio volūtaria latiſſimé ſumpta comprehēdit omnē actionem, quæ fit ex propria rei inclina-

tione; ſtrictiſſimè ſolam actionem liberã ſignificat: proprie verò omnem illam actionem deſignat, quæ fit à voluntate abſque vlla vi & coactione: qua ſignificatione, amor quo beati Deum proſequuntur, dicitur actio voluntaria.

Actio inuoluntaria ex Ariſtotele ea eſt cuius principium eſt externũ, & non in eo qui agit.

Rogabis primò, vtrum actio voluntatis elicita poſſit reddi inuolũtaria per violentiam.

Reſpondeo negatiuè, proboque, actio voluntaria elicita neceſſario eſt ex inclinatione voluntatis, & proinde ſemper voluntaria: ergo non poteſt reddi inuoluntaria per violentiam: aliàs enim vna & eadẽ actio eſſet voluntaria & inuoluntaria.

Rogabis ſecundo, an ſaltem actus imperati ab ipſa voluntate poſſint

Digitized by Google

eſſe inuoluntarii & coacti.

Reſpondeo cum diſtinctione: actus enim imperatus, id eſt, qui ſolet imperari à voluntate, ſine tamen eius imperio, poteſt reddi inuoluntarius: ſed actus imperatus, vt imperatus eſt, numquam poteſt reddi inuoluntarius, aliàs voluntas poſſet aliqu id imperare cõtra propriam & naturalem inclinationem.

Rogabis tertiò, an concupiſcentia ſeu paſſiones appetitus, vt amor, odium, ita faciant actionem inuoluntariam.

Reſpondetur interdum concupiſcentiam non facere actionẽ inuolũtariam, interdum vero facere, ſaltem ſecundùm quid.

Probatur prior pars, etenim hæc concupiſcentia non tollit rationem peccati ab actione, ergo neque rationem voluntarii, immo vt

plurimum vi huius concupiſcẽtiæ, actio magis voluntaria redditur, propterea quod ſit ex maiori propenſionẽ voluntatis.

Probatur poſterior pars, ſæpè enim tanta eſt eiuſmodi paſſionum vis, vt à ſtatu rationis homo deturbetur, & ipſa voluntate renuente in actum peccati feratur, ergo, &c.

MEMBRVM PRIMVM.

An ignorantia cauſet inuoluntarium.

IGnorantia primo diuiditur in ignorantiam puræ negationis & prauæ diſpoſitionis. Ignorantia puræ negationis dicitur, cùm quis ignorat id quod ſcire tenetur, hæcque duplex eſt: vna affectata, cùm quis docentem reſpuit &

Digitized by Google

vult ignorare quod ſcire tenetur: Alia craſſa quæ directè quidem voluntaria non eſt, ſed tantùm indirectè, quatenus quis ſatis diligentiæ & ſtudii non adhibet, vt eam per contrariam cognitionem propellat.

Ignoratio verò prauæ diſpoſitionis eſt aliqua falſa & erronea rei alicuius cognitio, & hęc facit actum ſimpliciter voluntarium.

Secundò diuiditur in antecedentem & concomitantem: antecedens dicitur, quæ actum antecedit eiuſque cauſa cenſetur, quatenus tollit cognitionẽ, quæ ſi adeſſet, actus non perficeretur, ſaltem cum voluntatis conſenſu. Concomitans dicitur, quæ tollit cognitionem, quæ ſi adeſſet, actum non impediret.

Ignorantia antecedens duplex, vna vincibilis, quæ potuiſſet facilè

Digitized by Google

vitari: alia inuincibils, cùm quis ita quidpiam ignorat, vt vix, ac ne vix quidem eius cognitionẽ poſſet aſſequi: hæc reddit actum plane inuòluntarium, illa vero facit actum etiam inuoluntarium ſi modò peccati commiſſi pœniteat, ſi tamen non pœniteat, non facit illum ſimpliciter inuoluntarium.

MEMBRVM QVARTVM

De *Amore*, *Intentione*, *Electione*, *Imperio*, *Vſu*, *Fruitione*.

AMor interdum ſumitur pro illo actu quo voluntas fertur in finem, illũque amat; proprie tamen eſt volitio, qua voluntas tum finem, tum media proſequitur,

Intentio eſt actus voluntatis quo efficaciter intendit finem per certa media acquirere.

Digitized by Google

Electio eſt actus voluntatis quo fertur in media, quibus ad finem primò à ſe intentum perueniat.

De imperio ſuprà actum eſt,

Vſus duplex eſt, actiuus & paſſiuus, actiuus eſt ille voluntatis actꝰ quo ſibi ſubiectas qualitates ad agendum applicat: paſſiuus verò eſt ipſemet actus aliarum potentiarum à voluntate imperatus.

Fruitio denique eſt actus voluntatis quo in fine præſenti delectatur.

Digitized by Google

PARS TERTIA

HVIVS COMPENDIARIAE inſtitutionis.

De Paſsionibus, ſeu perturbationibus animæ.

CAPVT PRIMVM.

De Paſsionibus animæ in communi.

MEMBRVM PRIMVM ET SECVNDVM.

De nomine, cauſis, & diuiſionibus Paſſionum.

PAſſio dicitur, ex eo quod faciat ſubiectum pati.

Sumitur interdum pro qualibet proprietate: proprie vero, &

ad propoſitum , pro commotione appetitus ſenſitiui

Cauſa efficiens totalis paſſionum eſt animal: partialis, anima: inſtrumentalis appetitus ſenſitiuus: cõditionalis eſt obiecti apprehenſio,

Paſſiones numero ſunt vndecim; earum ſex priores ad appetitum bonum abſolutè ſumptum, pertinent, nimirum amor, odium, deſiderium, fuga. gaudium, & triſtitia: Quinque verò poſteriores ad appetitum iraſcibilem, qui in bono arduo & acquiſitu difficili occupatur, ſpectant, ſpes, ſcilicet, deſperatio, timor, audacia, & ira.

Digitized by Google

MEMBRVM TERTIVM & quartum.

De eſſentia & affectionibus Paſsionum.

ROgabis primo definitionem paſſionis.

Reſpondeo hanc aſſignari: Paſſio eſt appetitus ſẽſitiui actio, circa bonum & malum, ſenſu, & imaginatione perceptum, cum aliqua deformi corporis mutatione.

Dicitur appetitus ſenſitiui, quia proprie in ſola parte ſenſitiua reſidet: dicitur cum aliqua corporis mutatione, quia dum illæ paſſiones oriuntur, cor dilatari, vel contrahi ſolet.

Prima paſſionum affectio eſt earum bonitas moralis, vel malitia, quæ illis tantùm conuenit

extrinſecè & per accidens ratione voluntatis cõſentientis, propterea quod ex ſe neque ſunt difformes, neque conformes rectę rationi.

Secunda affectio eſt, paſſiones rationis vſum impedientes, in ſapientis animum cadere non poſſe, moderatas tamen poſſe.

Prior pars patet, poſterior probatur, moderatæ illæ paſſiones ſubiiciuntur regimini rationis, ergo in ſapientem cadere poſſunt.

Digitized by Google

CAPVT SECVNDVM.

De Paſſionibus in particulari.

MEMBRVM PRIMVM Et ſecundum.

De Amoris, & Odij nomine, exiſtentia, & diuiſionibus.

INter paſſiones, amor primum locum ſibi vendicat, quatenus vſurpatur pro ſolo ſenſitiuo, qui reſidet in appetitu.

Diuiditur, vt eius exiſtentiam quàm par ſit notiorem prætermittam, in amorem amicitiæ, & concupiſcentiæ: ille dicitur cùm bonum propter ſe amatur, & vt terminus, quo modo iuſti dicuntur amare Deum: hic verò cùm bonum amatur non ſimpliciter propter

Digitized by Google

ſeipſum ſed, quatenus nobis vtile videtur.

Cauſa amoris efficiens duplex eſt, principalis & inſtrumentaria: principalis eſt anima: inſtrumentaria eſt appetitus ſenſitiuus, ex vetuſtate rei occurrentis ad eius amorem impulſus. Aliæ cauſæ cōmodiùs videri poſſunt in generalibus commentariis. Odium quod amori opponitur, duplex etiam eſt, alterum inimicitiæ; alterum abominationis: odium inimicitiæ illud eſt; quo aliquid proſequimur ex ſola ſui ipſius diſplicentia: licet nobis nocere non poſſit: odium verò abominationis eſt illud quo aliquis vult alteri malum quia ipſum ſibi inimicum iudicat.

Cæterum ſic poteſt definiri (vt in eo diutius non immoremur) odium eſt alienatio appetitus ab eo quòd æſtimatur malum.

Digitized by Google

MEMBRVM TERTIVM. & quartum.

De eſſentia & affectionibus Amoris.

DEfinitur amor, vt ſit paſſio appetitus ſenſitiui, qua in bonum ſibi tamquam conueniens per imaginationem propoſitum fertur.

Prima amoris affectio, ſeu effectus primus eſt, quod vniat amantem cum re amata.

Secundus amoris effectus eſt, quod rem amatam faciat eſſe præſentem perpetuò amanti: ita vt nihil aliud animo, aut cogitatione ſibi depingat.

Tertius effectus eſt extaſis, ſeu transformatio quædam amantis in rem amatam per cogitatio-

nem & per affectum.

Quartus effectus eſt zelus, ſeu vehemens deſiderium remouendi omnia obſtacula amoris, & rei amatæ.

Poſtremus effectus eſt, vt amans pallorem, languorem aliaſque infirmitates idcirco contrahat, quia neglecto cibo naturæ vires non reficit.

CAPVT TERTIVM.

De Deſiderio & Fuga.

QVæritur primo definitio deſiderij, quod alio nomine concupiſcentia dicitur.

Reſpondeo hanc aſſignari: concupiſcentia eſt paſſio ſeu motus appetitus ſenſitiui circa bonum abſens; in quo ab amore ſecernitur, qui etiam in præſenti bono verſatur.

Digitized by Google

Effectus huius paſſionis non longe diuerſi ſunt ab iis quos amori ſupra attribuimus.

Fuga quæ opponitur deſiderio, eſt abominatio mali abſentis.

CAPVT QVARTVM.

De Gaudio & Triſtitia.

GAudium late ſumptum comprehendit omnē lætitiā, quę de bono obtento percipitur, ſiue illa fuerit in voluntate, ſiue in appetitu ſenſitiuo

Hic vero vſurpatur pro ſola lætitia quæ reſidet in appetitu ſenſitiuo.

Cauſarum gaudii prima eſt pulchrum, ſecunda bonum, tertia rerum varietas: quarta, ſimilitudo: quinta ſpes, & memoria boni.

Sic autem definitur. Gaudium

eſt paſſio quædam appetitus ſenſitiui in bono poſſeſſo quieſcentis.

Prima eius affectio eſt, vt riſum excitet.

Secunda vt ſeruet ſanitatem corporis per expulſionem curarũ.

Tertia, quod ſit fomentum deſiderij ſitimque irritet, ſaltem ſi ſermo ſit de imperfecto gaudio.

Gaudio opponitur Triſtitia, quæ ſic definiri poteſt, vt ſit paſſio appetitus ſenſitiui de malo præſenti, vel in re, vel in apprehenſione.

Huius cauſæ variæ ſunt, prima, non aſſequutio boni: ſecunda iactura eius quod poſſidebatur, tertia ipſa corporis temperies.

Effectus eius præcipuus eſt, quòd corpori & animæ noceat.

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM,

De quinque poſterioribus Paßionibus quæ pertinent ad appetitum iraſcibilem, Spe, Deſperatione, Audacia, Timore, & Ira.

HAEc ſpei ſtricte ſumptę, & vt hic à nobis vſurpatur, definitio affertur.

Spes, eſt paſſio appetitus ſenſitiui qua fertur in bonum apprehenſum, & arduum.

Deſperatio vero ſpei oppoſita, eſt paſſio qua appetitus rem arduã refugit, vt impoſsibilem.

Audacia eſt actio appetitus ſenſitiui iraſcibilis qua ipſe fertur in acquiſitionem futuri boni quod prius ſperauit, & ob id vult omnes difficultates talis boni adeptionem

impedientes ſuperare.

Timor verò eſt actio appetitus ſenſitiui qua metuit futurum & imminens malum.

Ira denique eſt actio appetitus ſenſitiui iraſcibilis vindictam appetentis.

PARS VLTIMA HVIVS

Compendiariæ inſtitutionis.

De Virtutibus.

CAPVT PRIMVM.

De Habitibus.

MEMBRVM PRIMVM

& ſecundum.

De nomine, & exiſtentia Habitus.

Digitized by Google

NOmine habitus impræſentiarum nihil aliud intelligimus quam habilitatem, ſeu facilitatem ad operandum.

Habitus exiſtentiam ſic vulgo Philoſophi morales probant; Potentiæ noſtræ ex ſe indeterminatæ ſunt ad ſuos actus excercēdos, ergo in illis quidpiam admittendum eſt quo promptè, & ſine difficultate ad agendũ determinentur: atqui illud ipſum eſt habitus: ergo habitus de facto exiſtit.

Diuiſiones habitus præcipuæ ſunt in habitum infuſum, qui ſupernaturalis eſt, & à Deo nobis non operantibus conceditur: & in acquiſitum, qui noſtra induſtria comparatur.

Secunda diuiſio eſt in habitum materialem, & immaterialem; materialis qui in aliquo ſubiecto materiali, & corporeo recipitur.

Digitized by Google

immaterialis qui vel in intellectu, vel in voluntate reſidet.

Tertia diuiſio eſt in habitus bonos, & in malos. Aliæ diuiſiones non ſunt huius loci.

MEMBRVM TERTIVM

De ſubiecto Habituum.

Rogabis primò, an volũtas poſſit eſſe proximum ſubiectum habituum, illoſque in ſe recipere.

Reſpondeo affirmatiue, proboque; illud eſt proximum ſubjectum habituum, quod nullo alio intermedio facilitatur ad agendum: ſed voluntas eſt eiuſmodi: ergo voluntas eſt proximum ſubiectum habituum.

Rogabis ſecundò, an intellectus potentiæ ſenſitiuæ & externa membra ſint ſubiecta habituum capacia.

Reſpondeo

Reſpondeo cum diſtinctione, ſi enim conſiderentur quatenus ſubiacent imperio voluntatis, ſunt ſubiecta habituum capacia, minime vero ſi ſpectentur ſecundùm ſe, ſine ordine ad voluntatem imperantem.

Probatur prior pars, quia facultates illæ priori modo ſpectatæ habent indifferentiam ad bene, vel malè agendum: Præterea ſentiunt difficultatem in agendo, quod ſufficit, vt aliquid ſit ſubiectum capax habitus: Poſteriori vero modo indifferentiam non habent: omnis enim indifferentia tenet ſe ex parte voluntatis.

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

De cauſa efficientem Habituum.

ROgabis primò, an actus ſit cauſa efficiens habitus.

Reſpondeo affirmatiuè, & probo: quod efficienter concurrit ad productionem facilitatis in facultate eſt cauſa efficiens habitus; ſed actus eſt eiuſmodi, ergo actus eſt cauſa efficiens habitus.

Obiicies habitum eſſe cauſam efficientem actus, nam habitus cõcurrit ad facilitatẽ actionis, & proinde ad eius ſubſtantiam: ergo actus non eſt cauſa efficiens habitus.

Reſpondeo conceſſo antecedente ad conſequentiam, eos actus qui ſunt cauſa efficiens habitus, non eſſe eos qui ſunt effectus habitus, ſed alios producere habitum.

Digitized by Google

& poſtea habitum producere alios actus.

Rogabis ſecundò, an habitus interni comparentur per actus externos.

Reſpondeo negatiue, alioqui enimii omnes poſſenthabitus comparare qui exteriores act⁹ exercēt, quod nemo dixerit, cùm multi ſint amentes, qui verbi gratia exponūt ſe periculis imminentibus, qui tamen ideo habitū fortitudinis non ſibi acquirunt.

Comparantur ergo habitus interni per actus internos, vt eadem fortitudo per firmum voluntatis propoſitum, quo vult ſuperare omnes difficultates, omniaque pericula quæ in præclaris rebus occurrere poſſent.

Rogabis vltimò, an vnicus actus habitum producere poſſit.

Reſpondeo cum diſtinctione;

Digitized by Google

habitus enim prout etiam diſpoſitionem complectitur, ſeu quatenus idem cum diſpoſitione per vnicum actum produci poteſt: minime vero ſi ſtricte ſumatur quatenus firmior eſt, & firmius ſubiecto adhæret.

MEMBRVM QVINTVM.

De corruptione Habituum.

Rogabis primo, quot modis corrumpantur habitus.

Reſpondeo corrumpi per accidens duobus modis, primo ad corruptionem ſubiecti, vbi ſubiectum corruptibile eſt: ſecundo ob ſolam ceſſationem ab actu quatenus per eam datur locus variis paſſionibus, à quibus tandem producitur habitus contrarius.

Reſpondeo etiam corrumpi

duobus modis per ſe, primo per contrarios actus, idque efficienter: ſecundo per habitus contrarios, idque formaliter: diminui vero tantùm non corrumpi per actus contrarios remiſſos.

MEMBRVM SEXTVM, & ſeptimum.

De eſsentia & affectionibus Habituum.

ROgabis primò, quæ ſit definitio habitus.

Reſpondeo hanc vulgo aſſignari, habitus eſt qualitas adiuncta potentiæ naturali, vt commodiùs faciliuſque poſsit operari.

Rogabis ſecundò, an habitus ſit præſtantior actu.

Reſpondeo habitum & actum

Digitized by Google

ſe viciſſim ſuperare, & habere, vt excedens & exceſſum.

Rogabis tertiò an habitus ſolùm intendatur per actus intenſiores.

Reſpondeo affirmatiuè, & probò, habitus tantum poteſt intendi per actum, qui habeat gradus quoſdam intenſionis quos non includat habitus: At ſolus actus intenſior habitu eſt eiuſmodi, non æqualis: nam actus intenſus, verbi gratia, vt ſex nihil includit quòd non habeat habitus intenſus vt ſex: pauciora vero dicit actus remiſſus: ergo habitus intēditur ſolùm per actus intenſiores.

CAPVT PRIMVM.

De Habitibus Intellectus.

MEMBRVM PRIMVM:

De Intelligentia, Sapientia & Arte.

ROgabis primò, quid ſit intelligentia.

Reſpondeo eſſe ipſummet noſtrum intellectum, qui quatenus verſatur circa prima principia incomplexa & ſimplicia, dicitur intelligentia incomplexa; quatenus vero in principiis complexis, ſeu generalibus axiomatis per ſe notis occupatur, dicitur intelligentia complexa.

Probatur, non enim eſt neceſſe fingere vim quandam diſtinctam

eſt paſſio quædam appetitus ſenſitiui in bono poſſeſſo quieſcentis.

Prima eius affectio eſt, vt riſum excitet.

Secunda vt ſeruet ſanitatem corporis per expulſionem curarũ.

Tertia, quod ſit fomentum deſiderij ſitimque irritet, ſaltem ſi ſermo ſit de imperfecto gaudio.

Gaudio opponitur Triſtitia, quæ ſic definiri poteſt, vt ſit paſſio appetitus ſenſitiui de malo præſenti, vel in re, vel in apprehenſione.

Huius cauſæ variæ ſunt, prima, non aſſequutio boni: ſecunda iactura eius quod poſſidebatur, tertia ipſa corporis temperies.

Effectus eius præcipuus eſt, quòd corpori & animæ noceat.

Digitized by Google

CAPVT QVINTVM,

De quinque poſterioribus Paſsionibus quæ pertinent ad appetitum iraſcibilem, Spe, Deſperetione, Audacia, Timore, & Ira.

HAEc ſpei ſtricte ſumptę, & vt hic à nobis vſurpatur, definitio affertur.

Spes, eſt paſſio appetitus ſenſitiui qua fertur in bonum apprehenſum, & arduum.

Deſperatio vero ſpei oppoſita, eſt paſſio qua appetitus rem arduã refugit, vt impoſsibilem.

Audacia eſt actio appetitus ſenſitiui iraſcibilis qua ipſe fertur in acquiſitionem futuri boni quod prius ſperauit, & ob id vult omnes difficultates talis boni adeptionem

impedientes ſuperare.

Timor verò eſt actio appetitus ſenſitiui qua metuit futurum & imminens malum.

Ira denique eſt actio appetitus ſenſitiui iraſcibilis vindictam appetentis.

PARS VLTIMA HVIVS Compendiariæ inſtitutionis.

De Virtutibus.

CAPVT PRIMVM.

De Habitibus.

MEMBRVM PRIMVM & ſecundum.

De nomine, & exiſtentia Habitus.

Digitized by Google

NOmine habitus impræſentiarum nihil aliud intelligimus quam habilitatem, ſeu facilitatem ad operandum.

Habitus exiſtentiam ſic vulgo Philoſophi morales probant; Potentiæ noſtræ ex ſe indeterminatæ ſunt ad ſuos actus excercēdos, ergo in illis quidpiam admittendum eſt quo prompté, & ſinedifficultate ad agendū determinentur: atqui illud ipſum eſt habitus: ergo habitus de facto exiſtit.

Diuiſiones habitus præcipuæ ſunt in habitum infuſum, qui ſupernaturalis eſt, & à Deo nobis non operantibus conceditur: & in acquiſitum, qui noſtra induſtria comparatur.

Secunda diuiſio eſt in habitum materialem, & immaterialem; materialis qui in aliquo ſubiecto materiali, & corporeo recipitur.

immaterialis qui vel in intelle-ctu, vel in voluntate reſidet.

Tertia diuiſio eſt in habitus bonos, & in malos. Aliæ diuiſiones non ſunt huius loci.

MEMBRVM TERTIVM

De ſubiecto Habituum.

ROgabis primò, an volũtas poſſit eſſe proximum ſubiectum habituum, illoſque in ſe recipere.

Reſpondeo affirmatiue, pro-boque; illud eſt proximum ſubjectum habituum, quod nullo alio intermedio facilitatur ad agendum: ſed voluntas eſt eiuſmodi: ergo voluntas eſt proximum ſubiectum habituum.

Rogabis ſecundò, an intellectus potentiæ ſenſitiuæ & externa membra ſint ſubiecta habituum capacia.

Reſpondeo

Digitized by Google

Reſpondeo cum diſtinctione, ſi enim conſiderentur quatenus ſubiacent imperio voluntatis; ſunt ſubiecta habituum capacia, minime vero ſi ſpectentur ſecundum ſe, ſine ordine ad voluntatem imperantem.

Probatur prior pars, quia facultates illæ priori modo ſpectatæ habent indifferentiam ad bene, vel male agendum: Præterea ſentiunt difficultatem in agendo, quod ſufficit, vt aliquid ſit ſubiectum capax habitus: Poſteriori vero modo indifferentiam non habent: omnis enim indifferentia tenet ſe ex parte voluntatis.

CAPVT QVARTVM.

De cauſa efficientem Habituum.

ROgabis primò, an actus ſit cauſa efficiens habitus.

Reſpondeo affirmatiuè, & probo: quod efficienter concurrit ad productionem facilitatis in facultate eſt cauſa efficiens habitus; ſed actus eſt eiuſmodi, ergo actus eſt cauſa efficiens habitus.

Obiicies habitum eſſe cauſam efficientem actus, nam habitus cōcurrit ad facilitatē actionis, & proinde ad eius ſubſtantiam: ergo actus non eſt cauſa efficiens habitus.

Reſpondeo conceſſo antecedente ad conſequentiam, eos actus qui ſunt cauſa efficiens habitus, non eſſe eos qui ſunt effectus habitus, ſed alios producere habitum.

Digitized by Google

& poſtea habitum producere alios actus.

Rogabis ſecundò, an habitus interni comparentur per actus externos.

Reſpondeo negatiue, alioqui enimii omnes poſſent habitus comparare qui exteriores act⁹ exercẽt, quod nemo dixerit, cùm multi ſint amentes, qui verbi gratia exponũt ſe periculis imminentibus, qui tamen ideo habitũ fortitudinis non ſibi acquirunt.

Comparantur ergo habitus interni per actus internos, vt eadem fortitudo per firmum voluntatis propoſitum, quo vult ſuperare omnes difficultates, omniaque pericula quæ in præclaris rebus occurrere poſſent.

Rogabis vltimò, an vnicus actus habitum producere poſſit.

Reſpondeo cum diſtinctione,

Digitized by Google

habitus enim prout etiam diſpoſitionem complectitur, ſeu quatenus idem cum diſpoſitione per vnicum actum produci poteſt: minime vero ſi ſtricte ſumatur quatenus firmior eſt, & firmius ſubiecto adhæret.

MEMBRVM QVINTVM.

De corruptione Habituum.

Rogabis primo, quot modis corrumpantur habitus.

Reſpondeo corrumpi per accidens duobus modis, primo ad corruptionem ſubiecti, vbi ſubiectum corruptibile eſt: ſecundo ob ſolam ceſſationem ab actu quatenus per eam datur locus variis paſſionibus, à quibus tandem producitur habitus contrarius.

Reſpondeo etiam corrumpi

Digitized by Google

duobus modis per ſe, primo per contrarios actus, idque efficienter: ſecundo per habitus contrarios, idque formaliter: diminui vero tantùm non corrumpi per actus contrarios remiſſos.

MEMBRVM SEXTVM, & ſeptimum.

De eſsentia & affectionibus Habituum.

ROgabis primò, quæ ſit definitio habitus.

Reſpondeo hanc vulgo aſſignari; habitus eſt qualitas adiuncta potentiæ naturali, vt commodiùs faciliusque poſsit operari.

Rogabis ſecundò, an habitus ſit præſtantior actu.

Reſpondeo habitum & actum

CAPVT PRIMVM.

De Habitibus Intellectus.

MEMBRVM PRIMVM.

De Intelligentia, Sapientia & Arte.

ROgabis primò, quid ſit intelligentia.

Reſpondeo eſſe ipſummet noſtrum intellectum, qui quatenus verſatur circa prima principia incomplexa & ſimplicia, dicitur intelligentia incomplexa; quatenus vero in principiis complexis, ſeu generalibus axiomatis per ſe notis occupatur, dicitur intelligentia complexa.

Probatur, non enim eſt neceſſe fingere vim quandam diſtinctam

CAPVT SECVNDVM.

De Prudentia.

MEMBRVM PRIMVM ET SECVNDVM

De nomine & exiſtentia prudentiæ.

NOmine prudentiæ intelligitur hic ſagacitas & ſolertia, quam quis ſibi comparare poteſt per diligentem operam in mediis inueniendis, quibus ad finem aliquem perueniat.

Prudentiam exiſtere nemo prudens negabit: cauſæ prudentiæ ſunt anima, intellectus, & actiones.

Partes integrantes ſunt, memoria, quæ quidem eſt præteritorum recordatio, intelligentia, quæ

hicvſurpatur pro rerum ſingulariũ & factibilium notitia: docilitas, cuius ope vir prudens circumſpectis rebus omnibus, & ſubductis aliorum rationibus, quid ſit agendum, fugiendumve felici euentu concludit.

Quarto ſequuntur ſolertia, prouidentia, circumſpectio, & cautio.

MEMBRVM TERTIVM. & quartum.

De eſſentia & affectionibus Prudentiæ.

ROgabis primo, quid ſit Prudentia.

Reſpondeo ſic definiri. Prudentia eſt habitus cum vera ratione actiuus, circa ea quæ ſunt homini bona vel mala.

Rogabis ſecundò, an ſit vn

generalis prudentia diſtincta à cæteris ſpeciebus prudētiæ, ſeu quod idem eſt, an ſit ſpecialis aliquis habitus quo intellectus inclinatur ad iudicandum de rebus omnibus agendis in quacumque materia virtutis.

Reſpondeo negatiuè, & probo; nam qui eſt prudens circa materiam cuiuſdam virtutis, non eſt ſemper prudens circa materiam alterius, verbi gratia, multi callent prudentiam circa mareriam temperantiæ, non autem iuſtitiæ, quod argumēto eſt nō generalem dari illam prudentiam, ſed tantum ſpeciales prudentias, quibus intellectus iudicet de rebus agendis in materia cuiuſcumque virturis.

Rogabis tertio, quot ſint partes potentiales prudentiæ: & cur dicantur potentiales.

Digitized by Google

Reſpondeo tres eſſe, nimirum εὐβουλίαν, quæ eſt bona conſultatio ad media inuenienda: σύνεσιν quæ eſt vis quædam acuta iudicandi de iis quæ lege aliqua ſunt diſtincta: γνώμην denique, quæ refertur ad ferendum iudicium de iis quæ non ſunt lege aliqua determinata, tamen in praxim veniunt.

Reſpondeo vere dici potentiales, quia non continent in ſe totam virtutis principalis poteſtatem: ſicut appellantur potentiæ animæ, quia non ſunt tota anima.

CAPVT TERTIVM.

De Virtutibus moralibus in genere.

MEMBRVM PRIMVM, & ſecundum.

De nomine & exiſtentia Virtutis Moralis.

VIrtús moralis hîc à nobis vſurpatur pro illo habitu qui in volũtate reſidet, eáque ad actiones moraliter bonas inclinat, vt iuſtitia & alij habitus voluntatis.

Eius exiſtentia nullá indiget probatione.

Rogabis igitur primò an omnes virtutes morales recipiantur in voluntate.

Reſpondeo affirmatiuè & probo, in eo reponendæ ſunt virtutes

Digitized by Google

morales ad quod pertinet electio: atqui electio ad ſolam voluntatem pertinet ex omnium conſenſu, ergo, &c.

Obiicies prudentiam non reſidere in voluntate, ſed in intellectu, eſſe tamen virturem moralem.

Reſpondeo prudentiam non eſſe propriè virtutem moralem, ſed hoc nomine donari, quia eſt norma, & regula virtutum omnium moraliū reſidentium in voluntate.

MEMBRVM TERTIVM.

De ipſa deſinitione Virtutis Moralis.

Virtus Moralis ita definitur ab Ariſtotele, vt ſit habit⁹ electiuus conſiſtens in mediocritate, quo ad nos, prout vir prudens definiexit.

Digitized by Google

Rogabis primo, in quo medio virtus moralis conſiſtat.

Reſpondeo conſiſtere in medio geometrico, quod alio modo dicitur medium rationis, quo ad nos, non verò in arithmetico, ſeu in medio rei, & probo: illud quod conſiſtit in medio, neque tamen æqualiter diſtat ab extremis, conſiſtit in medio geometrico, at virtus eſt eiuſmodi, ergo, &c.

Cæterum virtus non conſiſtit in medio per participationem, ſed per negationem extremorum: virtus enim vtrumque extremum negat.

Rogabis ſecundò, an iuſtitia conſiſtat in aliquo medio.

Reſpondeo negatiue, & probo: vnica iniuſtitia eſt iuſtitiæ oppoſita, ergo iuſtitia nõ habet duas extremitates; proinde in nullo medio conſiſtit.

Rogabis tertiò vtrum habitus virtutis moralis ſit eſſentialiter bonus.

Reſpondeo affirmatiue, & probo: virtus moralis eſt habitus electiuus in mediocritate rationis conſiſtens, prout vir prudens præſcripſerit: ſed talis habitus eſt eſſentialiter bonus, & ad bonum ordinatus: ergo virtus moralis eſt habitus eſſentialiter bonus.

MEMBRVM QVARTVM.

De affectionibus Virtutum moralium.

ROgabis primò, an virtutes morales quæ ſũt peculiares alicui hominum conditioni, ſint neceſſariò inter ſe connexæ.

Reſpondeo negatiue, & probo: vna virtus poteſt comparari,

Digitized by Google

etiam in heroïco gradu, abſque alia, verbi gratia, magnificentia ſine paupertate, & econtra, ergo hæ virtutes inter ſe neceſſariò non connectuntur.

Rogabis ſecundò, an prudentia ſit neceſſariò connexa cum aliis virtutibus moralibus.

Reſpondeo cum diſtinctione, prudentia enim imperfecta, quæ nihil aliud eſt quàm iudicium practicum intellectus de rebus agendis, vel auertendis, poteſt eſſe ſine aliis virtutibus: Prudentia verò in ſtatu perfecto ſine virtutibus moralibus conſiſtere nequit, cùm vt ſic nullo negotio de rebus agẽdis debeat ferre iudicium, quod tamen præſtare nequit ſine eiuſmodi virtutibus moralibus.

Rogabis tertiò, quomodo virtutes morales ſupponant prudentiam.

Digitized by Google

Reſpondeo virtutes morales ſupponere prudentiam in eodem ſtatu quo ſunt, ita vt ſi ſint perfectæ, ſupponant prudentiam perfectam : ſi imperfectæ, ſeu in ſtatu imperfecto, imperfectam, & ratio eſt : nam virtutes morales imperfectæ depēdent ab aliquo iudicio intellectus ſaltem imperfecto, quod eſt ipſa prudentia imperfecta: eædem verò virtutes in ſtatu perfecto cōſideratæ exigunt facile & nō impeditum iudicium intellectus, quod eſt ipſa prudenria perfecta.

Digitized by Google

CAPVT QVARTVM.

De virtutibus moralibus ſpeciatim.

MEMBRVM PRIMVM.

De Fortitudine.

FOrtitudo nihil aliud ſonat quã animi firmitatem in aggrediendis periculis, & grauiſſimis laboribus ſubeundis iuſta de cauſa; verbi gratia, pro patria, pro Religione Catholica.

Definitur fortitudo habitus electiuus in mediocritate, circa res terribiles conſiſtens: vel mediocritas inter timorem & audaciam.

Partes eius integrantes ſunt, magnanimitas, ſeu fiducia, quæ ad præparationem: magnificentia

Digitized by Google

[illegible] executionem: patien-[illegible] & [illegible], quę ad [illegible].

[illegible] SECVNDVM.

[illegible]

[illegible] virtutem [illegible] occupa-[illegible] bus quę [illegible] Partes [illegible] pudor, & [illegible]

[illegible] quidam infa-[illegible] ad fugiendū [illegible] & temperan-[illegible]

[illegible] excellentia, [illegible] quod [illegible] repelli-[illegible]

[illegible] ſpecies

temperantiæ ſunt hæ, Abſtinentia, Sobrietas, Caſtitas & Pudicitia.

Partes denique potentiales ſunt Continentia, Manſuetudo, Clemẽtia, Studioſitas, Modeſtia in corporis geſtu, Feſtiuitas in ludis mediocritatem ſtatuens, Ornatus decentem corporis veſtitum componens, & Humilitas.

Definitur Temperantia, habitus electiuus in mediocritate inter voluptates corporis conſiſtens.

CAPVT POSTREMVM.

De Iuſtitia, & Iure.

MEMBRVM PRIMVM.

De Iuſtitia.

IVſtitia eſt virtus peculiaris quæ voluntatem inclinat ad ius ſuum

Digitized by Google

Reſpondeo tres eſſe, nimirum ἐυβουλίαν, quæ eſt bona conſultatio ad media inuenienda: σύνεσιν quæ eſt vis quædam acuta iudicandi de iis quæ lege aliqua ſunt diſtincta: γνώμην denique, quæ refertur ad ferendum iudicium de iis quæ non ſunt lege aliqua determinata, tamen in praxim veniunt.

Reſpondeo vere dici potentiales, quia non continent in ſe totam virtutis principalis poteſtatem: ſicut appellantur potentiæ animæ, quia non ſunt tota anima.

CAPVT TERTIVM.

De Virtutibus moralibus in genere.

MEMBRVM PRIMVM, & ſecundum.

De nomine & existentia Virtutis Moralis.

VIrtus moralis hîc à nobis vſurpatur pro illo habitu qui in volũtate reſidet, eãque ad actiones moraliter bonas inclinat, vt iuſtitia & alij habitus voluntatis.

Eius exiſtentia nullâ indiget probatione.

Rogabis igitur primò an omnes virtutes morales recipiantur in voluntate.

Reſpondeo affirmatiuè & probo, in eo reponendæ ſunt virtutes

morales ad quod pertinet electio: atqui electio ad ſolam voluntatem pertinet ex omnium conſenſu, ergo, &c.

Obiicies prudentiam non reſidere in voluntate, ſed in intellectu, eſſe tamen virturem moralem.

Reſpondeo prudentiam non eſſe propriè virtutem moralem, ſed hoc nomine donari, quia eſt norma, & regula virtutum omnium moraliũ reſidentium in voluntate.

MEMBRVM TERTIVM.

De ipſa deſinitione Virtutis Moralis.

Virtus Moralis ita definitur ab Ariſtotele, vt ſit habit⁹ electiuus conſiſtens in mediocritate, quo ad nos, prout vir prudens definiexit.

Digitized by Google

Rogabis primo, in quo medio virtus moralis conſiſtat.

Reſpondeo conſiſtere in medio geometrico, quod alio modo dicitur medium rationis, quo ad nos, non verò in arithmetico, ſeu in medio rei, & probo: illud quod conſiſtit in medio, neque tamen æqualiter diſtat ab extremis, conſiſtit in medio geometrico, at virtus eſt eiuſmodi, ergo, &c.

Cæterum virtus non conſiſtit in medio per participationem, ſed per negationem extremorum: virtus enim vtrumque extremum negat.

Rogabis ſecundò, an iuſtitia conſiſtat in aliquo medio.

Reſpondeo negatiue, & probo: vnica iniuſtitia eſt iuſtitiæ oppoſita, ergo iuſtitia nõ habet duas extremitates, proinde in nullo medio conſiſtit.

Rogabis tertiò vtrum habitus virtutis moralis ſit eſſentialiter bonus.

Reſpondeo affirmatiue, & probo: virtus moralis eſt habitus electiuus in medioeritate rationis conſiſtens, prout vir prudens præſcripſerit: ſed talis habitus eſt eſſentialiter bonus, & ad bonum ordinatus: ergo virtus moralis eſt habitus eſſentialiter bonus.

MEMBRVM QVARTVM.

De affectionibus Virtutum moralium.

Rogabis primò, an virtutes morales quæ ſũt peculiares alicui hominum conditioni, ſint neceſſariò inter ſe connexæ.

Reſpondeo negatiue, & probo: vna virtus poteſt comparari,

Digitized by Google

etiam in heroïco gradu, abſque alia, verbi gratia, magnificentia ſine paupertate, & econtra, ergo hæ virtutes inter ſe neceſſariò non connectuntur.

Rogabis ſecundò, an prudentia ſit neceſſariò connexa cum aliis virtutibus moralibus.

Reſpondeo cum diſtinctione, prudentia enim imperfecta, quæ nihil aliud eſt quàm iudicium practicum intellectus de rebus agendis, vel auertendis, poteſt eſſe ſine aliis virtutibus: Prudentia verò in ſtatu perfecto ſine virtutibus moralibus conſiſtere nequit, cùm vt ſic nullo negotio de rebus agẽdis debeat ferre iudicium, quod tamen præſtare nequit ſine eiuſmodi virtutibus moralibus.

Rogabis tertiò, quomodo virtutes morales ſupponant prudentiam.

Digitized by Google

Reſpondeo virtutes morales ſupponere prudentiam in eodem ſtatu quo ſunt, ita vt ſi ſint perfectæ, ſupponant prudentiam perfectam: ſi imperfectæ, ſeu in ſtatu imperfecto, imperfectam, & ratio eſt: nam virtutes morales imperfectæ depẽdent ab aliquo iudicio intellectus ſaltem imperfecto, quod eſt ipſa prudentia imperfecta: eædem verò virtutes in ſtatu perfecto cõſideratæ exigunt facile & nõ impeditum iudicium intellectus, quod eſt ipſa prudenria perfecta.

CAPVT QVARTVM.

De virtutibus moralibus ſpeciatim.

MEMBRVM PRIMVM.

De Fortitudine.

FOrtitudo nihil aliud ſonat quã animi firmitatem in aggrediendis periculis, & grauiſſimis laboribus ſubeundis iuſta de cauſa; verbi gratia, pro patria, pro Religione Catholica.

Definitur fortitudo habitus electiuus in mediocritate, circa res terribiles conſiſtens: vel mediocritas inter timorem & audaciam.

Partes eius integrantes ſunt, magnanimitas, ſeu fiducia, quæ ad præparationem: magnificentia

quæ ad operis executionem: patiē-tia vero, & perſeuerantia, quę ad ſuſtinendum referuntur.

MEMBRVM SECVNDVM.

De Temperantia.

TEmperātia ſignificat virtutem illam peculiarē, quæ occupatur in moderādis voluptatibus quę tactu & guſtu percipiuntur. Partes eius integrantes duę ſunt, pudor, & honeſtas.

Pudor eſt metus quidam infamiæ, quo concitamur ad fugiendū quod inhoneſtum eſt, & temperantiæ aduerſum.

Honeſtas vero eſt excellentia, qua ob animi pulchritudinē, quod turpe eſt, & indecorum repellimus.

Partes ſubiectiuæ ſeu ſpecies

Digitized by Google

temperantiæ ſunt hæ, Abſtinentia, Sobrietas, Caſtitas & Pudicitia.

Partes denique potentiales ſunt Continentia, Manſuetudo, Clemētia, Studioſitas, Modeſtia in corporis geſtu, Feſtiuitas in ludis mediocritatem ſtatuens, Ornatus decentem corporis veſtitum componens, & Humilitas.

Definitur Temperantia, habitus electiuus in mediocritate inter voluptates corporis conſiſtens.

CAPVT POSTREMVM.

De Iuſtitia, & Iure.

MEMBRVM PRIMVM.

De Iuſtitia.

IVſtitia eſt virtus peculiaris quæ voluntatem inclinat ad ius ſuum

vnicuique reddendum.

Iuſtitiam dari patet ex variis eius diuiſionibus, quarum prima eſt in generalem, qua quis ſe iuſtè habet in adminiſtratione boni cõmunis, & in ſpecialem qua quis boni priuati curam gerit.

Secunda diuiſio eſt generalis iuſtitiæ in œconomicam & politicam.

Tertia diuiſio eſt iuſtitiæ ſpecialis in commutatiuam & diſtributiuam.

Commutatiua eſt, qua quiſque ſe rectè gerit in commerciis & commutationibus, ius ſuũ cuique reddendo ſecundum proportionẽ arithmeticam, ita vt æquale pro æquali reddat.

Diſtributiua verò, quæ duplex eſt: remuneratiua vna, altera punitiua: ea eſt quæ iubet diſtributiones præmiorum ſiue pœnarum ex iure fieri ſecundùm proportio-

Digitized by Google

nem geometricam, ſpectata nimirum dignitate perſonarum, quibus vel præmium confertur, vel pœna infligitur.

Definitur iuſtitia virtus moralis inclinans voluntatem ad ius ſuum vnicuique reddendum.

MEMBRVM SECVNDVM

De Iure & Legibus.

IVs hîc à nobis vſurpatur, primò pro eo quod iuſtum eſt, & alteri debitum: ſecundò pro lege dictante quid ſit agendum, & non agendum.

Lex verò propriè ſumitur pro certa aliqua iuſtaque regula, præſcribente quod æquum eſt ad bonum totiusreipublicæ, ſingulorumque priuatorum: ius & legē exiſtere demonſtrant vtriuſque diuiſiones.

Digitized by Google

Iuris autem diuiſio prima eſt in ius quod eſt aliquid alteri debitum, & in ius quod eſt quidpiam ęquale, ſecundum quod alter alteri iuſtè exequitur.

Secunda diuiſio iuris eſt in ius naturale, & poſitiuum.

Tertia diuiſio iuris poſitiui in ius diuinum & humanum.

Quarta diuiſio eſt humani iuris in Eccleſiaſticum & ciuile.

Lex diuiditur in affirmatiuam, quæ iubet bonum, & negatiuam, quæ malum prohibet.

Secundo in legem ſcriptam, & non ſcriptam.

Diuiſiones denique legi facilè poſſunt accommodari: Quod vero attinet ad eſſentiam iuris & legis, ſic primo definitur ius: æquum & iuſtum per æqualitatem vnius cum altero.

Lex verò, ordinatio iuſta ſuperioris

Digitized by Google

rioris poteſtatē habentis publicam, cum voluntate obligandi ſubditos ad aliquid agendum, vel non agendum.

Legis officia (à quibus dependet cognitio affectionum) ſunt pręcipere, prohibere, permittere: punire, & præmia conferre.

Legum aliæ ſunt immutabiles, aliæ mutabiles.

Lex Dei æterna, & lex naturalis ſunt omnino immutabiles.

